# MODVS VIDENDI PROCESSVM,

quem Salmanticæ auditoribus ſuis dictabat: Licentiatus Martinus de Quiros y Valdes Diui Bartholomæi Collega.

*AD DOMINVM IOANNEM DE Llano de Valdes, Salmanticenſis Achademiæ Chancellarium Regiſque Conſiliarium meritiſſimum.*

SALMANTICÆ.

Excudebat Petrus Laſſus,

Anno, 1600.

*A coſta de la biuda de Octauiano Parente.*

# Licencia.

DE nos el Licēciado Hieronymo Gōçalez Moriz, Prouiſor General en la ciudad y Obiſpado de Salamāca, por ſu Señoria, dō Pedro Iūco de Poſada, obiſpo de la dicha ciudad del cōſejo del Rey nr̃o Senor, &c. Por la preſente damos licēcia à qualquier impreſor deſta ciudad de Salamanca, paraque pueda imprimir è imprima vn tratado que ſe intitula Modus Vidēdi proceſſum cōpueſto por el Licenciado Martin de Quiros y Valdes, collegial del Collegio de ſan Bartholome deſta dicha ciudad, que para ello damos licencia, ſin por ello incurrir en pena alguna, dada en Salamanca a catorce dias del mes de Abril de mil y ſeys cientos años.

*El Licenciado Hieronymo Gonçalez Moriz.*

**Por mandado de ſu merced.**

*Aguſtin de Polanco.*

# DOMINO, AC DOmino Ioanni de Llano de Valdes, Salmanticenſis Academiæ Chancellario Regiſque Conſiliario, Licentiatus Martinus de Quiros y Valdes. Suus conſobrinus, Diui Bartholomæi Collega.

S. P. D.

ETſi tuæ dignitatis amplitudo, mihi metum
incutere poſsit, ampliſsime chancellarij, hu-
ius Academiæ Mineruæ Sacratæ domus vi-
gilantiſsime cuſtos, quo minus, hoc munuſ
culum, & diuturni laboris mei primitias of
ferre audeam. Summa tamẽ humanitas tua
& beneuolentia qua me ſemper eſt proſe-
quutus, neceſsitudo, patriaque communis,
qua me tibi natura coniungit mihi animos faciunt, nec eo me de-
ducet audatia, vt tuas ingenteis laudes decantare audeam, eloquẽ-
tiſsimis enim vtriuſque linguæ oratoribus tam late patens mate-
ria negotium faceſerit, quid? Quod adeo manifeſtæ ſunt, & recen
ti hominum recordatione ita celebratæ, vt nullius comendatione
egere videantur. Prætermitto namque antiquam & glorioſam ge
neris tui nobilitatem, eximias & ægregias corporis, animiq; dotes,
quis ignorat quãta cũ laude, multos annos iuſſu catholici regis no
ſtri in rebus grauiſsimis & toti reipublicæ vtiliſsimis ſis verſatus,
ad extremũ idẽ catholicus Rex noſter Philippus ſummũ tuũ conſi
lium, ſingularemque prudentiam cum multis antea annis conſpe
xiſſet grauiſsimum imminentis coniurationis negotium quod to
ti Hiſpaniæ grauiſsimũ periculum denuntiabat, tibi commiſsit,
quod tu tanta prudentia egiſti, vt perditiſsimorum hominũ cona
tus antea replexeris, quã à quo quã poſſet præſentiri, in quo Marci
Tullij Ciceronis Romanæ eloquẽtiæ principis ſuperaſti, vel ſaltim
æquaſti laudẽ, tu Pelagij ſanctiſsimi Principis in rempublicã Chri-
ſtianã collatũ beneffitio ratũ effeciſti, ille eiectis ex Hiſpania Mau
ris prima veluti noſtræ religions fundamẽta iecit. Tu & ipſa funda
mẽta & quod ſtructũ iam fuit, tua prudentia cõfirmaſti. Dicerẽ ſi
Pitagoreorum vera eſſet opinio, illius quondã magni animi princi

pis Domini ac domini Ferdinandi de Valdes, noſtri collegij ſupremi filij, & totius Hiſpaniæ Chriſtianæq; religionis propugnatoris accerrimi in te animam commigraſſe, ita illius in omni genere virtutum præſtantiam refers. Vnde libet Aſturicæ noſtræ regni ex animo gratulari. Libet & nobis omnibus qui te cognatione attingimus. Libet & huic Salmanticenſi celeberrimæ Academiæ quæ talem moderatorem eſt conſecuta. Libet & iterum mihi cui contigit tale lucubrationum mearũ aduerſus zoylorum latrantiũ morſus ſentiri patrocinium. Qua propter ſummis pręcibus exoro, vt hoc tui charis munuſculum Xerxis exẽplo non parui pẽdas, quod ſi feceris, vt ſpero, ad maiora offerenda animum excitabis, meque in perpetuum deuinctum habebis. Vale & Neſtoreos viuas annos.

Tuæ dignitatis ac amplitudinis ſtudioſiſsimus.

*Licenciado Martin de Quiros y Valdes.*

# INCIPIT MODVS VIDENDI PROCESSVM, quo rempublicam fœliciter gerere lites curaſque hominum componere iudices poſsint.

*A LICENTIATO MARTINO DE QVIROS y Valdes, Diui Bartholomæi Collega.*

CVM teneamur omnes legum profeſſores, in cauſarum deciſſione, (vbi non minus quã de re & vita hominis agitur,) Ziconiæ vigilia legum veſtigijs in hærere: & Deum optimum & maximum, cuius iuſticiã in terris adminiſtramus, præ occulis habere. cap. 1. de re iudica. in. 6. & ita nos gerere, vt populos, ſine quærella in officio continere, & rẽpublicam fœliciter gerere poſsimus, bonoſque ad virtutem amplectendam præmio inuitare, & malos pœna deterrere, & vt metiamur qua bona menſura alios metierimus, nos oportet lynceis occulis cuncta ri mare, cap. iudicantem. 30. quæſt. 5. & à iuſtitiæ tramitte, nec latum vnguem deflectentes, vni cuique, quod ſuum eſt redere. l. iuſticia de iuſt. & iure, & ne per imprudentiam æternam dãnationẽ incurramus, & temporales pœnas turpiter patiamur, vt in toto tit. C. de pœna iudicis qui male iudicauerit, (quia turpe eſt viro nobili & patritio ius in quo verſatur ignorare. l. 2. de origine iuris) neceſſarium eſt noſtrum breuem videndi proceſſus modũ, memoriæ mandare, quo duce & honorẽ & gloriã vobis, & poſteres veſtris comparabitis in mortalem, mihique vobis inſeruiſſe ſufficietur, & ſic imprimis cum Caio Iur. conſ. in. l. ſi quæremus. 4. de teſtam. inquirendum eſt, vtrũ actor ſit legitima perſona vel non, quod ſequẽti cap. cognoſcemus.

*SVMMARIVM.*

1 *QVilibet actor, vel reus legitimus eſt niſi à iure excipiatur.*

2 *Minor habēs tutorem vel curatorem, ſine eo qui perſonaliter cōparere debet non eſt legitima perſona in iudicio.*

3 *Tutoris authoritas ſi in aliqua parte litis ommittatur, niſi proſit pupillo, vel minori actus erit nullus.*

4 *Filius familias extra bona caſtrēſia, vel quaſi, non poteſt eſſe in iudicio, & reditur ratio.*

5 *Idē dicendū erit in beneſitialibus & in reconuentione quando in. 1. conuentione adfuit paternus conſenſus.*

6 *Quādo ſeruus poſſit ſine domini ſui licentia in iudicio comparere.*

7 *Monachus quando ſeruo comparetur.*

8 *Mulier coniugata in quibus caſibus ſine mariti licētia poſſit in iudicio cōparere.*

# Capitul. 1. De Actore & reo.

QVilibet enim actor
1 vel reus, † legitimus,
eſt, niſi à iure excipia
tur, arguméto legis cū
prętor de iudiciis, cū aliis vulgarb⁹
& ſic aduertat iudex vtrum ſit minor. 25. annis, vel pupillus, vel fili⁹
familias, vel ſeru⁹, vel mulier vxorata, de quibus ſigillatim agemus.
2 Et primo de minore. 25. annis †
qui ſi tutorē vel curatorē habeat
ſine eorū authoritate cum minore
proceſſus agatur, iure non ſubſiſtit
l. acta. 45. §. fi. l. contra pupillū. 54.
de re iud. l. 1. & 2. C. qui legitimam
perſonā. l. clarū. 4. C. de authorit.
prǣſtāda. l. 11. ti. 2. p. 3. in qua autho
ritate à curatore præſtāda aduertat cautus iudex, tutorem debere
perſonaliter loquendo eam interponere, actum in eius abſentia ge
ſtum ratū poſtea habere nō poſſe,
iuxta Barto. doctr. in. l. 1. de autho
ritate præſtanda, pro qua eſt tex.
celebris in. l. 1. §. mutuis, de Tute. l.
3 1. §. tutor de authoritate tutorū, †
cui⁹ authoritas, ſi in aliqua parte li
tis ommittatr actus erit nullus, tex.
expreſus in. l. certum. 6. §. in pupil
lo de confeſſ. d. l. clarū. docet Bart.
in. l. 1. §. ſi tibi, n. 7. ff. de adminiſtra
tuto. niſi actus pupillo vel minori
proſit, tūc nō viciabitur prętextu
ſolēnitatis omiſſę. l. nō eſſe minus.
C. de procu. gl. celebris verbo cōtra, in. l. acta. §. fi. & in. d. l. 1. C. qui
legitimā perſonā & in. l. pen. ſi aduerſus rē iud. Abb. & omnes, in. c.
cauſamq; col. 1. de iud. & de iure
noſtro regio probat. d. l. 11. ti. 2. p. 3.
Secundo filius familias extra bo
na ſua caſtrenſia, vel quaſi caſtren
4 ſia, † nō poteſt eſſe in iudicio ſine
patris conſenſu, text. elegans cum
materia, in. l. fi. §. ſancimus, verſic.
neceſſitate. C. de bonis quæ lib. l. 1.
in fin. C. de annali exceptione. l. 7.
tit. 2. p. 3. l. 1. & 11. ti. 17. p. 4. Ordinatio Purtug. 12. ti. 3. lib. 3. Bantius
de nullitate, tit. de nullitate ex def
fectu in habilitatis, Socin. reg. 151.
Quod verum eſt etiā ſi iudiciū fue
rit ſummarium, Bald. in. l. nec quiquam. §. de plano, de officio Procō
ſulis. Corras. in. l. qui liberos, n. 21.
de ritu nup. Cui⁹ rei ratio eſt, quia
cum præceptum iudicis de ſoluen
do actionem in factum producat,
gloſ. in dict. §. neceſſitate, filius familias cum nil habeat quod patri
non ſit adquiſitum. l. placet de adquiréd. hære. ſine eius cōſenſu iudi
ci parere non poteſt, docet Iaſſ. in
l. legitima, de pact. Quod intellige
cū Angelo in princ. inſtitutu. de tu
telis. num. 2. tantum in realibus re
quiritur paternus conſenſus, non
autem in mere perſonalibus & cri
minalib⁹, at vero in caſtrēſibus &
quaſi

quaſi Caſtrẽſibus, nõ eſt ei neceſ-
ſarius talis cõſenſus. l. milles præci
pua. 4. §. actio. de caſtrẽſi pecul.
l. 2. ad Macedo. iũcta. l. qui poteſt
27. de reg. iur. l. ſi quis vxori. 53. §
ſed ſi filius, de furtis. tradũt. DD.
in d. §. neceſſitate, & eodẽ modo
in ſpiritualibus & beneficialibus
5 † c. fi. de iud. in. 6. glo. verbo, quã
uis minor in. c. ex. p. 14. de reſtit.
expo. celebris ſecũd. Couar. lib. 1.
Var. c. 5. in princ. & Bar in d. §. ne
ceſſitate. Idẽ erit in recõuẽtione,
nã ſatis eſt ſi in conuẽtione præſti
tus fuit paternus cõſenſus, ſecũd.
Bart. & cõmu. in l. ſi quis mihi bo
na. §. iuſſum. n. 8. de adquir. hęre.
cõtra gloſ. magnã poſt mediũ, in
d. §. neceſſitate. l. fil. fami. 15. l. ſi lõ
gius. 18. §. ſi filius famil. de iud. l. 2.
ti. 5. p. 3. & ibi, Gre. verb. *à eſcuelas*.
Tertio ſeruus niſi ab libertatẽ
6 obtinẽdã proclamet † vt in l. libe
eris. 78. §. ſi quis ex ſeruitute. l. or
dinata. 24. de liber. cauſ. l. 4. verb.
*Olroſi*. & verb, *empero*, ti. 5. p. 3. & ibi
Lop. verb. *fuere comẽçado*, & niſi cõ
ueniatur ad ſubeundã pœnã cor-
poralẽ, tunc enim legitima perſo
na erit in iudicio, ſine cõſenſu dñi
l. ſeruus etiã. 11. ff. de publicis iud.
l. hos accuſſare. §. ſi ſeruus, & §.
omnibus, de accuſſat. l. 2. vbi glo.
verb. defendere poteſt, & ibi Sa-
licet. C. eod. l. ſi criminis. C. ad. l.
iuliã. de vi public. l. quoties, & ibi,
DD. cõiter. ff. ſi quis cautio. l. 9. ti.
2. part. 3. quę omnia in monacho
7 procedũt † cũ ſeruus ſit, & mona
ſterio adquirat ſecũd. Bigliũ, in §.
alienus quoq; ſeruus. n. 5. de hæ-
red. inſtit. qui ſine ſui prælati licẽ
tia nec cõparere, nec iurare po-
teſt, omnes in. c. & ſi Chriſtus de
iure iurãd. & in. c. veritatis de do
lo. Abb. in. c. nuntius de teſtibus
num. 4.
8 Mulier cõiugata † ſine mariti
licẽtia litẽ intẽdere nec ad illam
reſpõdere poterit nec alios cõtra
ctus celebrare, quod ſi fecerit
proceſſus erit nullus, l. 8. ti. *De los
pleytos q̃ deuen valer ò no*. lib. 1. fori. l.
55. in. ll. Tau. l. 13. tit. 20. lib. 3. fo-
ri. niſi tẽpore contractus vel litis
intentatæ cõſtiterit maritũ fuiſſe
præſentẽ & tacentẽ, ſecũd. Palac.
Rub. in repe. rub. §. 68. n. 21. & 26.
vel niſi actus geſtus redundaret
in mulieris vtilitatẽ, quod cautus
aduocatus euitare poterit, ſi ſta-
tim exceptione oppoſuerit ei q̃d
ſit cõiugata, ex quo eueniet, vt ſi
poſtea in eius vtilitatẽ redundat
non valeat, docet Bald. in. l. non
eo minus. C. de procura. & in c.
1. nu. 15. de præſcrip. Ciſuentes &
alij in d. l. 55. Tau. q. 21. Lopez in
l. 3. tit. 5. part. 3.

## *SVMMARIVM.*

1 *PRocurotor in iure noſtro quilibet legi
timus eſt, in probibitus reperiatur.*
2 *In ciuilibus, non vero in criminalibus pro
curator conſtituitur, niſi ad allegandas
abſentiæ cauſas pro reo.*
3 *Quibus in cauſis hodie talionis pœna vi-
geat.*
4 *An ſit ipſo iure excluſus procurator in
criminalibus, an neceſſaria erit ex-
ceptio.*
5 *Procurator non admittitur ſine mandato,
eo tamen admiſſo proceſſus erit nullus
contra Imol. in cap. cum in iure petitus,
de offitio deleg. & Felinus in cap. cau-
ſamque col. 2. de iud.*
6 *De iure noſtro regni quid fiet ad explorã
dum mandatum, & cui incumbitur.*
7 *Mandatum hodie de communi inditiorũ*

*ſtylo niſi conſtat per ſcripturam non ſufficit probare teſtibus datum fuiſſe.*

8 *Mandatum debet de verbo ad verbum inſeri in inſtrumẽto id referẽte nã aliter non creditur tabellioni de eo fidem facienti.*

9 *Scientia & patientia domini vidẽtis procuratorem ſine mandato gerere negotia ſua non inducit mandatum & declaratio Innoc. ſibi contrarius in cap. quanuis nu. 3. de re iud.*

10 *Pro actore procurator non admittitur etiam ſi præſtet cautionẽ de rato, aliter enim erit in procuratore rei.*

11 *Spetiale mandatum quod dicatur, de quibus conſtare debeat, vt ſpetiali dicatur & quæ admittat, aliaque de generali & vtriuſque finibus non ſeruatis, an valeat quod eſt geſtum.*

12 *Coniuncta perſona quæ dicatur adhoc, vt ſine mandato admittatur & etiam veniat maritus in cauſa ſuæ vxoris.*

13 *Illa clauſula*, y para todos mis pleytos, *cum alijs intelligitur, & an extendatur ad collegia & vniuerſitates.*

14 *Mandata adiectorum confeſſionis vim habent, & hodie poſt concluſum in cauſa poſſunt preſentari in iudicio dummodo ratificentur antea geſta.*

# Capitul. 2. De Procuratore.

PRocurator autem qui-
libet eſſe poteſt, niſi
expreſe prohibitus in
1 ueniatur in iure † c. 1.
in principio iuncta ſua gloſſ. ver-
bo reputari, hoc tit. l. 3. & 6. & 7.
tit. 5. part. 3. vbi numerantur per
ſonæ quæ hoc procuratorium
munus ſubire poſſunt, & pri-
mo. Inquirendum eſt de cauſa
quæ agitur in proceſſu an ſit ciui
2 lis vel criminalis † nã ſi ciuilis eſt,
recte admittetur nominatio pro
curatoris, vt valeat actus per eũ
geſtus, ſin autem criminalis mini
mè tan ex parte actoris quam ex
prate rei, ex parte actoris quia
tenetur ſe ſubcribere accuſationi
& pœnæ ſubeundæ niſi dilectum
intentatum probauerit, ne de fa-
cile proſileat ad accuſationem. l.
ſi cui crimẽ, iuncta. l, libellorum
3. de accuſatio. l. 3. C. qui accuſare
nõ poſſunt. l. fi. C. de accuſſatio. l.
13. tit. 9. p. 4. l. 21. tit. 1. p. 7. Deute
ronomij. cap. 25. Exodi. 21. Cou.
lib. 2. Vari. c. 9. nu. 1. Soto, de Iuſt.
& iure quæſt. 5. art. 4. lib. 5. & te-
3 netur ad Talionis pœnam † ſecũ
dum ſupra citatos, quæ hodie nõ
eſt in vſu niſi in caſsibus expreſsis
à l. 83. Taur. in reo vero quia ſi nõ
adeſt perſonaliter, nõ erit inquo
ſententia exequatur, & affirmat
Bart. Imo. & alij in. l. accuſa. 17. §.
ad crimen de publicis iudiciis, &
probat mihi text. expreſſus in. c.
Veniens de accuſatio. c. In crimi
nalibus. 5. q. 3. cap. abſens. 3. q. 9.
l. 12. tit. 5. par. 3. l. 6. tit. 1. p. 7. Are.
In d. c. veniens, Anton. Gomez, 3.
tomo Varia. c. 1. nu. 12. per quos
late videbis, idque procedet quã
do pœna ſperatur corporalis, nõ
autem pecuniaria, vel allegatio-
nis, ad tempus, vel ad allegandas
abſentię iuſtas cauſas quo caſu ad
mittetur procurator, dict. l. 12. p.
& ibi Lopez verbo. *Alguna excuſança.*

4 Sed maior dubitatio eſt † vtrũ
iſta exceptio debeat neceſſario,
opponi procuratori in cauſa cri
minali cõſtituto ad hoc, vt nõ au
diatẽ an eſt ipſo iure excluſus, &
quod ſit ipſo iure proceſus nullus
defendet Bart. in dict. §. ad crimẽ
colu. fin. Aretin. vbi ſupra, nu. 87

cum alijs & ibi, Abb. numero 23. Gomez. vbi ſupra num. 16. cõtrariam tamen ſententiam & veriorem defendet gloſſ. verbo criminalis. in capit. 1. de iudicijs in. 6. quam ſequuntur Ioan. Andreas, Dominicus, Frãcus ibi, & eſt glo. ſimilis verbo per ſententiam, in l. quamuis. C. de adulterijs, & eã ſententiam dicit cõmunem Bald. in. l. ita demum, num. 4. C. hoc titu. Feli. in cap. meminimus nu. 5. de accuſatio. qui fundantur argumento text. in. l. filius familias. §. veterani, hoc titu. cui conſonat l. 6. titu. 5. part. 3. & Perez, in l. 1. titu. 4. lib. 3. Ordinam. verbo dubitari poterit, quę vltima opinio communis eſt & hodie magis ſeruata apud ſuprema tribunalia.

Secundo cum quis alieno nomine agit tenetur mandatũ oſtẽdere,
5 † alias non audietur, & ſi forte admittatur domino litis nõ generauit præiudicium, & proceſſus erit nullus. l. licet de procurato. l. ſi procurator. C. eod. titul. l. 10. tit. 5. par. 3. glo. verbo, abſentia in cap. 1. de elect. in. 6. docet Alexa. in dict. l. licet, num. 6 & 7. Abb. in cap. cæterum de iuramento calumniæ, & hanc ſententiam dicit cõmunẽ Dec. in. c. cauſamq; nu. 2. de iudicijs quidquid in volbat Immol. in dict. c. cum in iure peritus, de offitio deleg. & ſequatur Feli. in dict. cap. cauſamq; co
6 lum. 2. † verum de iure noſtro regni, incumbit aduocatis videre mandata partium vtrum ſint ſufficientia, & retro ea ſcribere, quę ſi poſtea nulla inueniantur in expenſis à partibus factis, ea cauſa condemnabuntur. l. 4. tit. 2. lib. 4. Recop. Cęterum ſi aliquando dubitetur de mandato, (& non dicitur dubitari quando demandato plene confecto conſtat, ſed quando probatur vno teſte, vel de ipſius reuocatione apparet per vnũ teſtem) & etiam eſt ſuſpectum de ſua legalitate, vt ex Abb. & Imol. in capi. coram; de offitio delega. Bart. & Bald. in. l. 1. C. de procurato. idem Bart. in. l. non ſolum. §. qui in aliena, colu. fin. de procurato. contra gloſſ. in dict. l. 1. dicentes ſufficere negationem partis aduerſæ, in quo non ſufficit probatio mandati, per temporis diuturnitatem, ſecundum Bald. in. l. 2. C. ſi ex falſis inſtrum. quem ſequitur Alex. in. l. qui in aliena. §. ſed etſi nu. 11. de adquirend. hered. Baldus de præſcriptio. 3. par. princip. quæſt. 10. nu. 28. vbi hoc limitat, & declarat Bantius titul. de nullitate ex deffectu mandati, nu. 59. Grego. Lopez. verbo, *Tal dubda*, in. l. 21. titul. 5. part. 3. vbi late de hac quæſtione.

Et quambis de iure communi per teſtes probari poſsit, ſecundũ glo. in cap. 1. de procurato. in. 6. Immo. in. l. maritus. C. eodẽ Bar. & omnes in dict. l. non ſolum. §. qui in aliena, col. fin. & dicat cõmunem Iaſſo. in. l. 1. num. 6. & 7. C. de procur. Boer. deciſ, 28. nu. 1 vbi limitat non habere locum in mandato ad recipiendam ſolutionem, quod per inſtrumẽtum probare neceſe eſt, docet Bald. in. l. falſus, num. 27. C. de furtis. Xuarez in. l. poſt rem iudicatam. 3. q. de re iud.
7 † tamen Hodie de cõmuni ſtylo iuditiorum cõmune mandatum procuratorium non

per teſtes, ſed per inſtrumentum probatur, docet eleganter Ioan. Andreas, in additio. ad ſpeculat. titu. de procurato. Greg. Lopez. in l.21.titu.5.part.3. nec ſufficiet, etiam ſi Tabellio in proceſſu fidem faciat de eo dicens, vt apparet de inſtrumento procuratorio coram me confecto, de quo fidẽ facio. Quia poterit dari quod in originali ſint aliquæ clauſulæ quibus appareat non eſſe ſufficiens, & ſic neceſſarium erit oſtendere originale, aduertit Angel. de Peruſio, in l. donationes. C. de donatio. Alex. conſi.6.nu.6. volumine 4. Iaſ. in authen. ſi quis in aliquo documento. nu. 7. C. de fide inſtrum. & ibi Paul. Barba. cõſi. 88. col. 3. in.3. volumine. Corneus conſi.243. volu.2. Boerius deciſ. 281. Auiles in cap. præto. cap.15. num.23.

8 Quod quidem limitabis † ſi tabelio in fide quam de mandato facit inſerat formã mandati & eius tenorem, quod quidem ſufficit ac ſi ipſum originale oſtenderet, ſecundum Molineum, in conſuetud. pariſien. titu.1.§.1.num.144. gloſ. in dict. cap. cum in iure peritus de officio. deleg.

9 Nec etiam videtur probari † mãdatum ex ſcientia & paciẽtia domini, ſecundum Inoc. in cap. quãbis. nu.3. in fin. de re iud. qui contrariam ſententiam tenet in cap. ex parte Decani. num. 12. de reſcrip. ad cuius concordiam, vide Alexand. in l. ſæpe, num.87. de re iud. qui decem modis ſaluat opinionem Inno. in dict. c. ex parte, licet contrarium defenderint cũ Innoc. vbi ſup. Abb. in cap. cæterum, num. 11. de iudicijs, Felin. in dict. c. quambis de re iud. num.7. Iaſſo. in l. quæ dotis, nu.77. ſoluto matrimo. Rubeus in repetitione Rubric. §.63. nu.24.

10 Deinde † non poterit quis pro actore admitti ſine mãdato, etiã ſi offerat cautienem de rato, glo. verbo, portitoribus, in cap. 1. de procurato. recepta cõmuniter, pro reo autem bene admittitur ad eum defendendum ſine mandato, pręſertim cum cautione de rato, gloſ. magna, in cap. mandato de procurato. l. 10. titul. 5. p. 3. & ſi cautionem non præſtiterit pro reo, & contra eum ſententia lata fuerit diffinitiua in ſuo procuratore exequetur ex quo, ſi liti obtulit tenetur. l. plaucius. 6. de procura. l. ſi ſe non obtulit. 4. de re iud. glo. fin. in l. licet. C. de procura. & verbo, præſcriptione, in l. ſi expreſit, de appellatio. dict. l. part. vbi Grego. & in l. fin. titul. 5. part. 3. niſi dominus ab ea ſententia appellauerit, nam tunc videtur totum approbare & ſibi præiudicat, docet elegãter Bald. in l. 3. §. falſus, rem ratam haberi.

11 Sine mandato autem poterũt agere coniunctæ perſonæ actoris vel rei, dũmodo pręſtent cautionem de rato & proceſſus geſtus cũ hijs perſonis erit validus l. Pomponius. 50. §. fin. l. ſed hæ perſonæ. ff. hoc titul. l. exigendi, C. eodem titu. cap. ſunt nonnulli. §. ſunt, & alij, de reſcrip. l. 10. tit. 5. part. 3. quę declarat quæ ſint iſtæ coniunctæ perſonæ quæ extenpuntur vſque ad quartum gradũ, docet Cou. lib. 1. Varia. cap. 6. & de hoc artic. vide Bald. in l. 1. n. 5.

ff. hoc

ff. hoc titulo, ſimiliter & maritus ſine mandato in bonis vxoris pro vxore agere poterit .l.maritus. C. hoc titul. cap. conſtitutis eodem titul. cap. fin. de confeſ. d. l. 10. & etiam reputatur coniuncta perſona, vt expendunt omnes in dict. l maritus.

Sed aduertendum eſt an compareat iſte maritus tãquam vxoris procurator in bonis parafernalibus quoniã tunc mandatum non tenetur oſtẽdere, tenetur tamen præſtare cautionẽ de rato, l. fi. C. de pact. conuent. & ibi omnes, ſi vero tanquam maritus & coniuncta perſona nõ eſt neceſſariũ mandatũ, vt in dict. l. maritus docet Roman. conſi. 446. Iaſſo. in dict. l. exigendi, num. 9. ad finem, Bart. in dict. l. maritus, Abb. in d. cap. conſtitutis, num. 5. Alex. conſil. 63. num. 7. volu. 2. Rubeus, in repetitione, Rub. §. 68. num. 15.

Similiter conſiderabit iudex†
12 an mandatum generaliter concedatur non adiecta certa perſona, quod omnia compræhendit, exceptis hijs quæ ſpetiale mandatũ requirunt. l. mandato de procura. cap. qui ad agendum eodem, in 6. vbi gloſſ. verbo, paciſci enumerat caſus in quibus requiritur eam Aceuedo plures referens in l. 2. titul. 7. libr. 4. Recopil. verbo, *Con poder eſpecial*. Peruſinus in dict. cap. qui ad agendum refert. 38. caſus, Fortuninus in ſua repetitione, verbo, mandatum ponit. 73. in quibus & ſimilibus ſi iudex nõ inueniat ſpetiale mandatum reuocauit omnia acta virtute generalis mandati, niſi generale mandatum habeat clauſulam cum libera, tunc enim & ea quæ ſpetiale mandatum requirũt, compræhendit. l. procurator cui generaliter libera, de procurato. l. 19. titu. 5. part. 3. Quorum iurium deciſsione propter abuſum notariorum paſim & ſine differentia talem clauſulam mandatus inſerentium à praxi exploſam eſſe in valde præiuditialibus ſpetiale mandatum requirentibus, tradit Molineus in cõſuetud. Pariſsienſ. 1. part. titul. 1. §. 10. quæſt. 3. Greg. in dict. l. 19. verbo, *Quando tales palabras*, Couar. in 2. part. Rubr. de teſtament. num. 14. colu. 3.

Et conſiderata qualitate mandati an ſit generale vel ſpetiale atente inſpiciet ſi procurator excesſit fines mandati, quia ſi exceſſit nil valet quod actum eſt. l. diligenter. ff. mandati. cap. cum dilecta de reſcript. l. ſi procurator. C. de procurato. dict. l. 19. part. & procurator dicitur falſus, gloſ. 1. in l. falſus. C. de furt. Abb. in cap. fin. de reſtitutione expol. Bantius de nullitate ex deffectu mandati. num. 91. & hunc argum. exornat late Menoch. conſi. 246. lib. 3. Decian. reſpon. 54, num. fin. lib. 3. limitans in cõnexis, negotio principali. In hijs enim non videtur qui mandatum ſuſcepit excedere fines mandati, quod tamen nõ procedit, vbi noua perſona interceſſit, tunc enim procurator conſtitutus ad agendum cum certa perſona, non poteſt agere cum alia ſuper eadem cauſa, vel depẽdentibus ab ea, vt ex pluribus probat Tiberius Decian. reſponſo. 68. num. penult. & fin. lib. 3. qua de re extat inſignis doctrina Bart. in

l. quod

l.quod dicitur, nu.1. de tutel.quã
refert & ornat Menoch. conſil.
282.num.6.lib.3.Aceuedo in l. 1.
tit.6.lib.3.Recop.verbo, *mãdado*.

Præterea aduertere debet iu-
13 dex† an poſt aliqua ſpecificata ſe
quatur clauſula illa generalis, *Pa-
ra todos mis pleytos y cauſas que he y ten
go,&c*. Licet verum ſit poſt expre
ſionem aliquorum articulorum
adiecta clauſula generalis exten-
datur ad alios nõ expreſſos, iuxta
tex.in dict.c.qui ad agendum, in
telligi debere illam extenſionem
ſolum ad ſimilia vel æqualia non
autem ad maiora, vel grauiora
negotia, ſeu alterius conditionis,
põderis aut grauitatis, quam fue-
runt negotia incluſſa ſpetialia ex
preſſa, text.in Clementina nõ po
teſt, de procurato. iuncta ſua glo.
verbo, grauiora, & verbo, maio-
ra, & ibi communiter. DD. Felin.
num.3.Dec.col.penult.in cap. ſe
des de reſcrip. Quinimo illa clau
ſula, *para todos mis pleytos,&c.* intel
ligi debet & reſtringi per clauſu-
ſulam præced.ſpetialem, ſcilicet,
ſi concedatur ſpetiale mãdatum
aduendendum, vel locandũ, &c.
*y para todos mis pleytos*, ſcilicet, con
cernentes aut pertinentes ad lo-
cationẽ, vel vendicationẽ, quod
eleganter tradidit Bald. in. l. pa-
ctum. queſt. 14. C. de collatio. Cel
ſus in tractatu clauſularum, clau-
ſula.7.& alias clauſula in medio
poſsita refertur ad pręcedẽtia, &
ſequentia. l.3.§.filius, verbo inter
duos, vbi Bart.nu.6.Aretin.2.Iaſ-
ſo.23.de lib. & poſthum. probat
l.talis ſcriptura.30. de leg. 1. c.ſe
cundo requiris, de appellatio.
Alex.conſi.63.num.9. volumi.6.
Et hæc clauſula tantum intelligi-
tur procedere in negotijs præſen
ſentibus, non vero in futuris, niſi
præſentibus ſit connexa, vt ele-
ganter docet Grego. Lopez, ver-
bo, *ſobre tal mi pleyto*, in dict.l.19.p.
vbi pro vtraq; parte adducit au-
tores. Deinde illa verba mandati
*para todos mis pleytos, que yo he y eſpero
tener.* verba, *eſpero tener*, intelligen
da ſunt de litibus futuris, quibus
adhæret aliquod ius probabile
de præſenti, quia ſperare proprie
dicitur quando eſt ſpes probabi-
lis ex aliqua cauſa de præſenti, vt
in.l.ſpem.3.& ibi, glo.1.C. de do
natio.l.propter ſpem.23.familiæ
hærciſcund.Bart.in.l. poſt eman
cipationem. §.1.nu.2.&.3. deli-
beratione legata, Paul. & Alex.
in.l.ſi vxor.§.1. per textũ. ibi, de
adulter. Tirachel. poſt.ll.Connu-
bial.fol.131.numer.19. in. 2. im-
præſsione.

Secundo illa verba, *q̃ yo he y ten
go con qualeſquiera perſonas*, non ex-
tendãtur ad agendum, cum colle
gio vel vniuerſitate, immo ſi agat
proceſſus nullus erit, docet Bald.
in Rubr.nu.2.C.ad Trebellia.di-
cit communem, Gomez in regu.
de idomate, quæſtio.2.fol.115.in
regul. Cbancelar. quia appellatio
ne perſonæ ea non veniunt. c. 1.
§.conuẽticulas, de Pace iuramen
to firmanda, in vſibus fœudo-
rum.l.fin.C.de erogatione mili-
taris annonæ, lib. 12. & vt virtu
te mandati dati ad agendum tan-
tum poſsit procurator reum de-
fendere, ponuntur illa, verba, *anſi
de mandado como defendiẽdo*, nam ſi
non ponatur ad defendum, non
valet in cap. conſtitutus de pro-

curæ.

cura. Abb. in cap. accedens, nu. 4. eodem, Roman. ſingulari. 115. Quod quidem ceſſat. in mandato actoris cuius virtute agi poteſt in recõuentione. l. mutus. 43. §. pœna de procurato. Solentque procuratores alios ſibi ſubſtituere quod facere poſſunt, ſi ipſi litem inceperunt, nam tunc cum litis dñi effecti ſunt poterunt ſubſtituere, etiã ſi deſint in mandato illa, verba, *con poder de ſubſtituir vno dos ò mas*, l. nec tutoris. l. nil. 20. C. de procurato. cap. 1. §. 1. eodẽ. in. 6. Greg. verbo, *ſi primeramente*, in. l. 19. tit. 5. part. 3. qui non poterunt reuocari niſi ex cauſa. l. ante litem. 10. cum ſequent. hoc tit. cap. quambis. 3. eodem in. 6. ſi tamen dominus initium dedit liti, procurator ab eo poſtea conſtitutus alium non poterit ſubſtituere gloſſ. verbo, procurator. in dict. cap. 1. Bart. & Angel. in. dict. l. nil. C. hoc titu. & idem tenet Lopez vbi ſupra, licet contrariam dicat communem Iaſſ. in dict. l. nil. Ex quibus intelliges gloſ. verbo, cõmiſſum in Clementi. religioſus, de procurato. & ibi, Abb. & Felin. num. 25. & in cap. poſt ceſsionem, de probatio. vbi procurator ſi ſit excõmunicatus licet habeat illam clauſulam non poteſt ſubſtituere.

Tertio circa illã clauſulã, *y bos relievo de toda carga de ſatiſdacion caucion y fiaduria, &c.* cuius virtute relebatur procurator ab onere ſatis dandi de iuditio ſiſtendo, & iudicatum ſoluendo, ad quos alias tenebatur. l. vnica. C. de ſatis dando. l. qui proprio. §. qui alium de procurato. gloſſ. magna. in capit. mandatum eodem titul. nam ex iſta clauſula dominus conſtituitur fideiuſor procuratoris. §. ſi vero Inſtituta de ſatiſdatio. gloſ. fin. in cap. accedens, vbi Immol. nu. 5. hoc titul. Quæ quidem clauſula duos ſingulares operatur effect⁹. Primum quod quambis verum ſit morte mandãtis expirare mãdatum. cap. ſi gratioſe de reſcrip. in. 6. iuncta ſua gloſſ. verbo, expirat. §. recte inſtituta manda. tamẽ per hanc clauſulam, etiam ante litem conteſtatam nõ finitur morte. l. ſi defunctus. ff. hoc titu. dum tamen acceptauerit mandatum procurator, Soci. regul. 311. falla. 9. Secundus effectus eſt ſi dominus eſt ſoluendo vel poſsidet immouilia, nam alias nil operatur iſta clauſula. l. ſciẽdum. 15. ff. qui ſatiſdare cogantur, Lopez, verbo, *en la tierra*, in. l. 41. tit. 2. part. 3. l. 2. tit. *de los emplaçamientos*, libr. 2. fori.

Quarto illa clauſula, *y obligo mi perſona y bienes muebles y rayzes auidos y por auer, de tener por firime y valedero, lo q̃ en mi nõbre hizieredes.* quæ clauſula magis ad clauſulã quã ad neceſsitatẽ mandati ponetur cũ ſine ea dominus ex conſtitutione procuratoris teneatur ad ratihabitionem, glo. verbo, ſatiſdatione, in. l. ſi procuratorem. 65. de procurato. Iaſſo. in. l. ſi procurator, notabili. 2. & in. l. indebitã. C. de condictione indebiti. Imo. in cap. 2. col. 2. de tranſactio.

14 Et ſi iudex† nõ inueniat in proceſſu mandata procuratoria, petat, ea à parte, vel à Tabellione, & poterunt præſentari, etiã poſt concluſum in cauſa, Rota noua, deciſ-

deciſsione.7.in titu. de procura-
to.Bantius, in titul. de nullitate,
ex deffectu manda.nu.116.Alex.
conſi.101. & 78. num. 8. volu.9.
At vero procurator qui manda-
tum nõ habet, ſed ſperat habere,
quod fecerit nullũ eſt, Lapus, Alle
gatione.81.vbi literę nondum de
ſtinatæ, Caſiodorus, deciſ.8.n.12.
quia à die receptionis mãdati trã
ſit poteſtas, & exercitiũ in procu
ratoré, glo. verbo. receptis in Cle
ment.1.de procurato.& glo.fi. in
cap.licet.7.eodé in.6. Sed hodie
impraxi via illa acta valere cum
mandato præſtito à domino rati
ficante pręcedétia, ſecũdum Boe-
rium & Bantium, vbi ſupra, Rota
in nobis, deciſsio.145.num.2.

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus actoris debet eſſe clarus & con
cludens petitionem agentis, perquã
ſpeties futuræ litis demõſtratur appa-
ribitque interprætata.l.15.tit.2.p.3.*

2 *Libellus quambis de iure canonico non vi
tiatur, propter ineptitudinem, & deffe-
ctum ſolemnitatis, ex incertitudine &
calumnia tamen repelletur, quemadmo
dum & exceptio & appellatio, ſi inepta
vel incerta eſſet.*

3 *Si in libello apponatur illa clauſula,* y ſo
bre todo para lo neceſſario el offi
cio de vaſtra merced imploro, pi-
do juſticia y coſtas. *Quid importet
quoad expenſarum condemnationem.*

4 *Copia, hoc eſt,* traslado, *danda eſt reo &
ad acta proceſſus citari, ne ex eo reda
tur nullus, & ſi actuũ notificatio præ
ceßit, caute aduertet iudex in quali-
bet parte proceſſus.*

## Capitul, 3. De
### Libello actoris.

1 Libellus actoris debet eſſet
clarus † certus & cõcludés
petitionem agentis, perquam de
mõſtratio ſpeties futuræ litis, ſine
aliqua incertitudine, alias non
valeret, l.1.de ædendo.cap.fi.vbi
Ancha.4.notabili, nu.3.de libell.
oblatio.l.25.tit.2.p.3.&.l.3 tit.2.
lib.4.Recop.&.l.10.titul.7.lib.4.
Recop.ibi. *conteniendoſe toda via en
la demanda la coſa que el demandador
entendio demandar.*l.10.tit.1.lib.3.
Ordin. & in Ordinatio. Portuga-
liæ.l.1.tit.49.lib.3.ordinatio.in-
cipit, que os iuizes, reſoluit Auen
daño, reſponſo.1.per totũ, Clare
enim de intentione actoris cum
proponentis conſtare debet, pro
ut cõmunem teſtatur Curtius Iu-
nior, conſi.149.nu.6. quod nulla
alia meliori ratione fundari poſ-
ſit, niſi vt reus diſcernere valeat
an expediat ei litigare vel non, &
quo remedio ſe poſsit iuſtè defen
dere.l.ædita actio.C.de ędendo,
& dict.l.10.Recop.ibi, *ſobre que ſe
pueda dar cierta ſentencia,* Et iſte libel
lus debet cõtineri formam. in.l.
15.tit.21.p.3.& in.l.4. eodem ti-
tul. & part.

2 At quambis verum ſit † prop-
ter ineptitudinem & deffectum
ſolemnitatis, libellum de iure ca
nonico & regio non vitiari. cap.
cum dilecti. cap. examinata, de
iud.d.l.3.& 10.Recop.tamẽ non
ſubſtinebitur ex incertitudine &
perplexitate, de quo non poſsit
elucere veritas intentionis, &
tunc iudex eum repellet, idemq;
facere tenetur quando proponat
libellus calũnioſus vel exceptio,
vel appellatio.docet, gloſſ.verb.
calũnioſam, in.l.qui cum maior
natu.14.§.ſi patris, de bonis li-
bertorum, quam ſequitur Ange-
lus

lus in Rub. Inſtit. de actio. colu. 21. Alexand. in l. 4. §. hoc autem iudicium, colu. 5. de damno infecto, Innoc. in cap. poſt electio. in fin. de conceſsio. præbend. gl. verb. tenebit, in cap. ſuper eo de offic. deleg. Abb. in c. ex part. 2. eod. titu.

3 Inſuper ſi libellus contineat illã clauſulam † *y ſobre todo para lo neceſſario el officio de vueſtra merced imploro, y pido juſticia y coſtas*, de qua in cap. 2. de ordine cog. illum effectum operatur, vt ſuper non petitis deſcẽdentibus, tamen ex actione propoſita, poterit impertari iudex officiũ ſuum ad vtilitatem priuatã, docet Capitius deciſ. 10. nu. 22. Abb. in cap. fin. de iure iur. Auend. dict. reſponſ. 1. nu. 18. Quod alias facere non poterit, ex dict. l. 4. & ex illis verbis, *pido iuſticia y coſtas*, efficitur vt iudex cõdẽnet in expẽſis victũ, quæ niſi petantur nõ poteſt facere, nec debet, ſecundum glo. verbo. in expenſis, in cap. fin. de reſcrip. Iaſſ. in l. admonendi. 1. lectura, n. 16. ff. de iure iur. & victus victori tenetur ſoluere illas. c. calumniã. 4. de pœnis. l. cum quem temere. 79. de iud. auth. de iudicibus. §. oportet, colatio. 6. l. properãdum. §. ſiue autem. C. de iud. Socin. regu. 139. l. 3. tit 22. lib. 4 Recop. in fine, ibi, *ſi la parte las demandare*, verum reſoluit, Bal. in. l. Sancimus, C. de iud. vbi Aluer. dicit cõmuniter ſeruari de conſuetudine, & Bar. in dict. §. hoc autem iudicium & ibi, Ripa, nu, 8. iudicem poſſe condemnationem expenſarum facere, etiam ſi non petantur à parte, quæ tamen non debentur actori niſi conſtet eas feciſſe, gloſſ. notabilis, in. l. fin. C. de fructibus & litiũ exp. Iaſſ. in dict. §. ſiue autem. l. properandũ, nu. 14. dicit communem Boer. deciſ. 210. n. 3. Bar. in. l. ſtipulatus. n. 3. de fide iuſſ. Quas quidem expenſas effugiet condẽmnatus ſi iuſtam litigandi cauſam habuit, glo. verb. expenſas, in cap. finẽ litibus de dolo, l. ſi quis ſolidum. 20. §. etiam de leg. 2. verſi. ſi ratio litigandi non fuerit, & ad cognoſcendam iuſtam cauſam litigandi vide Iaſſonem. in dict. §. ſiue autem. l. properandum.

4 His ſic pręmiſsis aduertet iudex † an ſit data copia hoc eſt, *traslado*, libelli actoris ipſi reo, & ſit citatus ad acta proceſſus, quod ſi deſit corruet proceſſus, quia citatio & notificatio, eſt de iure naturali. Clement. paſtoralis. §. cæterum de re iud. Bald. in cap. cũ ſit Romana de appellatio. nu. 7. Dec. in. l. militis, nu. 13. C. de teſtam. militis, Grego. in. l. 5. tit. 22. p. 3. & in quolibet mẽbro proceſſus aduertat iudex an parti facta ſit notificatio ne alias reddatur proceſſus nullus, vt ſupra diximus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Litis conteſtatio fit per reſponſionem rei, quæ concipi debet negando vel confitendo. In quo intelligitur. l. 1. tit. 4 Recop. & l. 19. tit. 4. & l. 2. & 3. ti. 10. p. 3. & l. 1. ſtyli cum alijs. ſiue ad petitionem actoris ſiue ex iudicis mandato reſpondeat reus.*

2 *Cardo iuditij litis conteſtatio dicitur ita vt ſi de ea non conſtet proceſſus nullus erit, licet de cõſenſu partiũ remittatur.*

3 *Quando & quomodo dicatur litem conteſtari, & an opponendo exceptionem incompetentiæ vel cauſæ dependentis in alio tribunali videatur ſatisfactum. l. 1. tit. 4. lib. 4. Recop.*

4 *Deſignatur tempus nouemdierum ad litẽ conteſtandam, quibus elapſis & reo non comparente habetur pro confeſſo, & condemnabitur, ſed tamen auditur appellãs diciturque fictus contumax,*

*quod*

*quod diuerſum erit in vero.*
5 *Et ne impediatur litis cõteſtatio etiã die*
*bus feriatis vel non feriatis fieri poteſt.*
6 *Ex ficta tamen confeßione ſiterim mo-*
*riatur, contumacis hæredes non conue-*
*nientur, ſed de nouo incipienda lis eſt.*
7 *A die litis conteſtationis vſq; ad. 20. die*
*rum ſpatium rei exceptiones proponun-*
*tur, quibus tranſactis non admittũtur.*

## Capitul. 4. De Reſponſo Rei, quo lis conteſtatur.

IN primo ſummo cum iu
dicio inſpeciet iudex †
1 reſponſionem rei ad pe-
petitionem actoris, per quam fit
litis conteſtatio. c. 1. de litis conte
ſtatione. l. 2. C. eodem. Et parum
intereſt reſpondeat reus in iudicio
ad inſtantiam actoris vel ex præ-
cepto iudicis, & hæc litis conteſta
tio fit negando vel fatendo, inten-
tionem actoris, dict. c. 1. l. 1. C. eo-
dem ti. cap. cauſamq; de iuramen.
calumniæ. l. 1. ibi. *ſea tenudo de reſpon*
*der derechamente a la demanda, conteſtã*
*do el pleyto, conociendo ò negando.* titu.
4. lib. 4. Recop. l. 19. titu. 4. l. 2. & 3.
tit. 10. p. 3. l. 1. ſtyli. ibi, *conozca ò niege*
l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordinam. & in Ordi
natio. Protugalię. l. 1. titu. 45. lib. 3.
ordinatio, de qua neceſſario debet
conſtare improceſſu alias nullus
2 eſt † quia eſt cardo ipſius iuditij do
docet gloſſ. in cap. de cauſis, verb.
conſenſu, de offitio delega. l. prola
tam. C. de ſententijs. & interlocu-
tio. & ibi Bart. & omnes, gloſ. ver-
bo illuſtrium, in cap. fin. de re iud.
in. 6. adeo vt ex conſenſu partium
non poteſt remitti, gloſſ. verbo,
irritandum, in Clementi. ſæpe de
verborum ſignificatione, dict. glo.
verbo cõſenſu, in dict. cap. de cau-
ſis, & in authen. offeratur. C. de li-
tis conteſtatione. Grego. Lopez, in
l. fi. tit. 10. par. 3.

Vnde cũ dicat, d. l. 1. tit. 4. lib. 4. Re
cop. ibi, *ſea tenudo à reſponder derechamente*, patet opponendo exceptio-
nem peremptoriam † ſcilicet, in
3 competentiæ, aut cauſę dependen
tis in alio tribunali, non ex eo litẽ
conteſtari. cap. 2. de litis conteſta-
tione. in. 6. Idque intelligi debet ſi
ſimpliciter opponatur, atamen ſi
directe reſpondeatur libello acto-
ris, dicendo ſe non teneri, nec de-
beri condemnari ad petitionem
actoris, ex eo quia eſt munitus ex-
ceptione pacti de non petendo,
vel quid ſimile, nam tunc bene lis
conteſtatur. gloſſ. recepta, verbo,
facta, in. d. c. 2. Nec eſt neceſſario
proteſtari ſe id facere animo con-
teſtandi litem, ſecũdum Rubeum,
noſtri collegij ſupræmi D. Bartho
lomæi meritiſsimum collegam, in
rep. cap. per veſtras. §. 12. num. 15.
Greg. Lop. in. l. 3. titu. 10. part.

Inſuper debet conſiderare iu-
dex † vtrũ litis conteſtatio fuit fa
4 cta intra nouẽ dies à tẽpore citatio
nis & notificationis libellus acto-
ris numerãdos, quia ſi poſt fuit, nõ
tenebit & pars cõdẽnabitur tãquã
confeſſus, accuſata prius eius con
tumatia, (hoc eſt, *la rebeldia.*) per
actorem. l. properãdum. §. ſiue au-
tem. C. de iud. & in. l. 1. Recop. ibi,
*que ſea a auido por cõfeſſo por ſu reuel ia*
*por eſta nueſtra ley*, & vt habeatur
pro confeſſo neceſſaria eſt decla-
ratio per ſententiam iudicis ad pe
titionem actoris, iuxta doctrinã
Bart. in. l. eius qui delatorem, nu. 3.
de iure fiſci, D. Perez. in. l. 1. tit. 3.
lib. 3. Ordinam. Et iſte contumax
qui non comparuit ad litem con-
teſtandam

teſtandam dicitur fictus, qui audi
tur appellans, ex Bald. in. l. magis
num.22.C. de contrahend. ſtipula
tio. Et admittitur ad probandum
contrarium non obſtante ſua ficta
confeſsione aſſumendo tamen in
ſe onus probationis, docet Bal. in
l. ita demũ.C. de procurato. quod
quidẽ non fiet cũ vero cõtumace,
qui non auditur appellans. l. poſt
ædictũ.§.ſciẽdum, de iud. d.l. ꝓpe-
randũ.§.cũ autẽ.C. eodẽ † & ne im
5 pediatiſta litis cõteſtatio vel per tẽ
poris impedimẽta poterit fieri in
dieb⁹ feriatis vel nõ, vt cõſtat ex. l.
2.ti.4.li.4.Reco.ibi, *en cada vnode los*
*dichos nueue dias ora ſea feriado ò no*, &
alia remedia relata per. d.l.2.Rec.
vide late, per Cou. lib. 1. Var. c.1.
ad fi. Dialogo relat. 3.p.c.44.n,6.

† Verũ ſi moriatur ante ſenten
tiam iſte contumax fictus illa ficta
confeſsio non exequetur in hære-
des, nec ad eos tranſit, & cum eis
de nouo incipietur cauſa, Barto. in
d.l. eius qui delatorem, de iure fi-
ſci. Hyppol. conſi. 10. nu. 11. 1. par.
Tãdẽ reus † debet proponere ſuas
7 exceptiones perẽptorias intra. 20.
dies conumerãdos à die in quo lis
cõteſtatur, quib⁹ trãſactis iudex eũ
debet repellere, & dare *por decaydas*
l.1.tit. de las excep. lib. 3. Ordin. &
l.1.tit.5.lib.4.Recop. & ibi, Aceue.
Et non minus attendet iudex quid
replicet actor contra exceptiones
rei, & quid reus cõtra actoris repli
catũ in defenſionẽ ſuarũ exceptio-
nũ alleget. Ex quib⁹ iudex & in iure
& in facto intelliget & cognoſcet
quis eorũ iuſtitiã tueatur & foueat.

*SVMMARIVM.*

1 *SEntentia interlocutoria proferenda eſt à iudice, qua partes adprobandũ allegata admittãtur intra terminũ à iudice deſignandum, quo tranſacto ſi teſtes producantur eorum probatio inna nis eſt.*

2 *Teſtium iuramentum fieri intra terminũ ſufficit, licet poſtea deponant, quambis vtroque tempore habiles & legitimi eſſe debeãt ad deponendũ, quod quidem an intelligatur de termino dato ab homi ne vel alege latius agitur.*

3 *In cauſa executionis an intraillos decem dies à lege datos teneantur teſtes nõ ſo lum iurare, ſed etiam declarare, inter- pretaturque. l. 5. titu. de las exceptio- nes, lib. 3. Ordinam.*

4 *Aduocatis præſtatur vtile conſilium ad- reſarciendum damnum proueniens, ex eo quod exceptiones non fuerunt oppo ſitæ intra terminum decem dierum in cauſa executiba.*

5 *Ponitur forma ſententiæ de prueba quæ comuniter ferri ſolet protironibus eru- diendis, & quare citatio ad hanc ſenten tiam audiendam commendatur, qua nõ facta corruet proceſſus.*

6 *Proponitur quid interſit exceptiones op- ponere teſtibus quando producuntur, vel quando publicantur eorum dicta.*

7 *Etiam parte citata non comparente teſtes produci valent, & quid ſi iuſto impedi mento eſt detenta.*

8 *Iuramento præmiſſo teſtes deponere de- bent & declarationis forma deſigna- tur.*

9 *Quartam delationem ad producendos te- ſtes quando concedi & qualiter eorum teſtimonia conſiderabit iudex.*

10 *Conſanguinitas, donum vel amititia, vel odium quando teſtis fidem dimi- nuat.*

11 *Teſtes quando concludentes, vel redden tes ſuæ depoſitionis rationem, aut ſin- gulares, vel vno ore & præmeditato ſermone loqui dicantur.*

12 *Caſus referuntur in quibus teſtes te- nentur reddere rationem ſcientiæ etiam non interrogati, quam niſi reddant non valet eorum teſtimo- nium.*

13 *De auditu vel dubie per verbum cre- do ſi teſtimonia proferantur in fir- ma ſunt & quando valeant.*

14 *Poßitionibus actoris quid reus reſpon-
derit & actore nõ probante reus etiam
ſi nil atulerit erit abſoluendus.*
15 *Qualitas probationis rei proponitur, &
quomodo ad concordiam reducet teſies
& quo alijs præferat iudex late diſ-
cutitur.*

## Capitul. 5. De ſententia interlocutoria quæ dicitur de prueba.

POST libellos inquiret
iudex † an lata ſit ſentẽ-
1 tia interlocutoria, per-
quam partes admittan-
tur ad probanda allegata iuxta.l.
1.tit.11.lib.3.ordinam.&.l.1.&.2.
tit.6.lib.4.Recop.& ibi Aceuedo,
qua ſententia concluditur ad pro-
bandum teſtes qui produci debẽt
intra terminum probatorium nã
ſi poſt producantur, eorum depoſ
ſitiones fidem non facient tanquã
extra terminũ.c.licet cauſam ver.
cum intra trium menſium, depro-
batio, &.l.34.tit.16.part.3.Quod
2 quidem limitãdum eſt † ſi tamen
iurauerint teſtes intra terminum,
licet poſtea depoſſuerint ſufficit &
eis adhibenda eſt fides etiam ab-
ſque noua partis citatione docet
Bald.in.c.2.de teſtibus. n.9. Bero.
in. dict.c.licet cauſam.n.76.Alex.
conſi.42.nu.17.vol.3.Hyppo.ſin-
gular.115.quia teſtes dicuntur de
ponere quãdo iurant, cuius depoſ
ſitionis actus ad iuramenti tem-
pus refertur ſecundum Bald. vbi
ſupra Abb.num.4.in.d.c.2.de teſti
bus.Idque procedit reſpectu ſolẽ-
nitatis iuditialis, non vero reſpe-
ctu habilitatis teſtium qui vtroq;
tempore debent eſſe habiles & nõ
ſufficit eſſe tempore iuramenti
ſed etiam tempore depoſsitionis,
alias enim repellẽtur à teſtimonio
docet eleganter Archidiaconus in
capit.conſtitutum. 17. quæſtio. 1.
Bald.in cap. 1. num.3. quando te-
ſtes ſint neceſſarij in vſibus feudo-
rum, & in cap.ſuper eo.1.num. 7.
de teſtibus. Pro qua ſententia pon
dero text. ſingularem in.l. 3. ver.
ſinge, ibi aut propter temporis in-
teruallum non eandem fidem ha-
bebunt.ff.de Carboniano ædicto.
Ex qua conditione & fidem teſtiũ
tempore depoſsitionis conſidera-
re, neceſſarium eſt. At vero quod
diximus de depoſsitione extra ter
minũ procedit tantum, ſi terminus
detur ab homine non autem ſi à le-
ge, nam tunc vtrumque & cura-
re & de ponere intra tempus le-
gale neceſſarium erit, aliter non
valebit probatio, & eam eſſe ratio
nem, Bald.in dict.cap. 2. num. 11.
quia terminus iuris potentius ex-
cluditur quam terminus hominis.
Pro qua Baldi ratione eſt elegans,
tex.in.c.1.ver.ſed in ciuilibus, ibi
intra quindecim dierũ ſpatiũ poſt
diem in quo proponitur, quod aſſe
rit cõprobauit alioquim in expen
ſis, &c. condemnabitur vbi gloſſ.
verb. quindecim & ſequẽtibus de
reſtitutione expol.in.6. & text. in
capit. pia, de exceptio.eod. lib.ibi
intra octo dierum ſpatium. Iuncta
ſua gloſ.verb, octo dierum.

3 Ex qua veriſsima ſententia † in
telliges, text.in.l.5.titu.8. *de las ex-
ceptiones*, lib.3. Ordinament. vbi in
cauſa executionis debet reus non
ſolũ ꝓducere teſtes ad iurandũ, ſed
etiã ad deponendũ intra decẽ dies
ibi aſsignatos ad oſtendendam
ſolutionẽ, vel aliam legitimam ex
ceptionem

ceptionẽ, vt ꝓbat ibi lex cũ dicit
*quita ò paga ò buena razon.* quæquidẽ
lex optime declaratur per legem
64.Tau.& ibi,Gomez. & Caſtillo
quæ hodie eſt.l.3.titu.21.lib.4.Re-
cop.Quibus decem diebus tranſa
ctis non admittetur probatio, niſi
dolus tabellionis, vel iudicis inter
uenerit nolentis recipere proba-
tionem, & id pars proteſtata eſt.
Nam tunc etiam poſt terminum
audietur, quia non fuit in culpa. c.
cum non ſtat.66.de regu.iur. in.6.
l.iure ciuili, de verborum, & factũ
alienum reo obeſſe non debet. l.
pater familias, de hęred.inſtituẽd.

Ad cuius materiæ declaratione
4 aduertet cautus aduocatus, † quod
quando exceptione nõ oppoſitæ
fuerunt intra tẽpus à lege vel à iu-
dice ſignatũ, poſſunt opponi per
officiũ iudicis, implorãdo illud &
petẽdo ſe informari, an ſit ita, vel
ſit vera illa exceptio de officio &
hanc cautelam exclamat & admo
net aduocatos Iaſſo.in.l.1. de iuri-
ſdictione omniũ iud.n.9. & quãdo
ſuccedit officiũ iudicis in deffectũ
actionis idẽ eſt, glo. verb.perſecu-
tionem in.l.ſicut in rem. C.de præ
ſcrip.30.vel 40.anno.Iaſ.in.§.fue-
rat Inſtit.de actio.n.21. Tirach. de
retract.tit.1.§.35.glo.4.n 4. l. Papi
nianus § ſi filius de inofficioſo. &
ibi, Paulus, & iſtud officiũ iudicis
nõ præſcribitur niſi triginta anno
rũ ſpatio, vt ſupra diximus.

Secundo, cum fertur hæc ſentẽ-
tia debet iudex ſeruare hanc for-
5 mam dicendo † *Dixo el señor juez q̃*
*recibia y recibio eſta cauſa, y las partes de*
*ella à prueba, con termino de nueve dias,*
ſaluo iure impertinentium, &c.
*Cõ toda carga de publicaciõ y concluſiõ y*
*citacion para ſentencia, y mando ſe cita-*
*ſen las partes para ver iurar y conocer à*
*los teſtigos.* Vnde citationem neceſ-
ſariam eſſe ex duplici cauſa ad te-
ſtiũ receptionem.l.23.tit.16.p.3.
Prima vt præſentia partis teſtiũ fa
cilitas & temeritas repellatur. Se-
cũda vt poſsit eos repellere ne exa
minentur, nã ſi facta citatione eos
examinare patiatur, cũ poſsit eos
à principio repellere facient indi-
6 tiũ † quãbis poſtea tẽpore publica
tiones exceptiones hoc eſt, tachas,
cõtra teſtes legitimè probẽtur, ex
doctrina Bart. in l. Maritus, nu. 3.
de quæſt. Abb.in cap.2 nu.3.de te
ſtibus, idem in cap. 1.de confeſ nu.
9.& eſt cõmunis ſentẽtia ſecundũ
relatos per Anto.Gomez.3.tomo
Var.cap,12.num.20.in principio,
Clarus lib.5.receptarum.§.fi.quæ-
ſtio.24.in.fi.& inde vtilius. eſt par
ti, tempore quo teſtes producũtur
proteſtari ne recipiantur in teſti-
monium, & ibi exceptionẽ inha-
bilitatis opponere, quã in tempus
publicationis teſtium exceptiones
reſeruare, tunc nullum faciunt in
ditium, iuxta text.in cap.ex part.
7.de teſtibus, quem tex. ad hoc ele
ganter notat Aretinus, ibi, nu. 21.
vbi dictum reputat vnicum & ſin
gulare Felin.num.12. & in.c. cum
dilecti.num.13.de accuſatio. & alij
per Gomez.vbi ſupra.dict.nu. 12.
& ita ratione huius præiudicij ne-
ceſſario pars citanda eſt ante te-
ſtium receptionem, vt concludũt
7 ſupra relati. † Quod ſi ad citatio-
nem pars non comparuerit nihil
ominus recipientur teſtes, vale-
bitque eorum depoſitio, ac ſi præ-
ſens fuiſſet, docet gloſſa, verbo,
noluerit, in dicto capitul. 2. de
teſtibus, quia cum de eius præ-
iudicio agatur in eius electio-
ne eſt venire, vel non venire,

notat Abb.in dict.cap.2.&omnes.
Quod quidẽ diuerſum eſt in par-
te abſente citata, quæ iuſto impe-
dimento detenta venire nõ potuit,
tunc enim cum cõtumax reputari
non poſſet, argumento tex.l.2.§.ſi
quis in iud.ff.ſi quis cautio. Depoſ-
ſitio teſtiũ eo abſente facta (cogni
to impedimẽto) nulla eſt, reſoluit,
gl.verb.in euitabili, cõmuniter re-
cepta per Abb.& Bald.n.11.Areti.
14.Felin.18.Dec.29.in dict.cap.2.
Quando de iuſto impedimẽto an-
te receptionẽ teſtiũ iudex certior
factus fuit. Cæterum ſi impedimẽ-
tum ignoraſſet receptionẽ teſtium
non eſſe nullam, ſed reſcindẽdam
fore per beneficium reſtitutionis
in integrum, ex clauſula generali, ſi
qua mihi cauſa iuſta videbitur, de
qua in.l.1.ff.ex quib⁹ cauſis maior.
text.celebris, vbi gloſ.& Bart.in.l.
quæſitum.6.de re iudicata.
8 Tertio conſiderabit iudex † an
teſtis iurauerit, ante depoſitionẽ,
nam poſt niſi in continenti nõ va-
let depoſitio nec dãda eſt fides. l.
iuris iurand.C.de teſtibus, cap.fra
ternitatis.cap.de teſtibus. cap.tuis
quæſtionibus de teſtibus.l.23.titu.
16.p.3.Iaſſo.in.l.admonẽdi.n.219.
de iure iur.Soci.reg.424.Hyppol.
ſingular.460. Bald.in dict.l.iuris
iurandi.Tirachel.de retract.con-
uentio.§.1.q.5.nu.8. Et hoc iuramẽ
tum perſonale eſt, capitulo licet ex
quadam, ibi, proprio iuramẽto &
ibi, Felin.colu.2.& Aretin.colu.4.
notabil.8.dicit veriſsimam ſenten
tiam Romanus, ſingula.8.&.l.qui
bona.§.qui alieno, de damno in-
fecto, debet teſtis iurare ſe dicturũ
veritatem pro vtroq; litigantium
gloſſ.in cap.fraternitatis, de teſti-
bus, vbi de forma iuramẽti agitur
Boer.in.c.ſuper literis, in.1.lect.
nu.15.de reſcriptis, tres terminos,
qui Hiſpane, *plazos*, dicuntur, dat
iudex non ſimul ſed ſucceſsiue
quãbis conſuetudine contrarium
ſeruetur (ſcilicet quod dentur ſi-
mul, & dantur hij termini ad pro-
ducendos teſtes.l.33.titu.16.part.
3.l.15.titu.8.lib.2.fori & ibi, Mon-
9 talbus. † Quartam autem dilatio-
nem hoc eſt, *quarto plazo*, (parte cõ
tradicente) non dabit iudex niſi cũ
ſolẽnitate legali, vt in cap. in cau-
ſis.cap.vltra tertiã de teſtibus, au-
thẽtica atqui ſemel.C.de probatio
ni.& vtrouiq;,gl.l.3.ti.15.p.3. quã
ſolemniter petitã ſi iudex denega-
uerit iuſtè ab eo appellatur, cap.ſi-
gnificauerunt, gloſſa.2.in cap. de
cauſis, de teſtibus ſi tamen pars
non contradixerit illa quarta dila
tio ſine ſolẽnitete legali data vale-
bit, docet Inno.in.d.c.de cauſis vbi
Abb.Iaſ.in.d.l.admonendi.n.22.
Poſt hæc omnia accedat iudex
ſtatim ad audiẽdas vtriuſq; partis
probationes, incipiendo ab inter-
rogatorio actoris, & ſigillatim exa
minabit vnamquamq; interroga-
tionẽ, vt poſsit eam quam viderit
directã ad ſubſtantiam applicare,
& examinare, & deinde generales
videat, quas vocant de la ley, an te
ſtis ſub aliqua cõprehẽdatur. Quę
quidẽ explicãtur in.l.8.tit.6.lib.4.
Recop. De quibus Tabellio inqui-
ret ex officio ſuo, vnde in primis
interrogatur qua ætate ſit teſtis,
quia ſi impubes eſt non ei adhibe-
tur fides.l.3.§.lege Iulia.de teſtibus
§.teſtes inſtit.de teſtam.cap.ſi te-
ſtes.§.item.4.quæſt.3.l.9.titu.19.
part.3. Poterit tamen factus pu-
bes quæ audiuit in pupillari ætate
deponere, gloſſ.verb.impueritia,
in cap.

in c, relatum.27.diſtin.& dict.§.teſtes,verb. nec impubes, Speculator,in titulo de teſtibus.§.2.numero tertio.

10 Regulariter † ſi teſtis ſit conſan guineus, intra quartum gradum in ciuilibus non repellitur, gloſſ. in. capitul. 1. §. item lex Iulia. 4. quæſt.3. & gloſſ. verbo, parentes in.c.1.3.q.5.c.cũ R. de offi. delega. & ibi, glo.cum ſint eius Sotij.l.parentes.C.de teſtibus,Bart.in.l. qui teſtamento.§.quæcunq; num.6.de teſta. Non tamen eis adhibẽda plena fides eſt propter affectionẽ, niſi ſint in genere & conſanguinitate aut affinitate æqualiter vtriq; parti coniuncti, quia tũc plenã fidem faciunt, dict.gloſ.verbo, parentes. in dict.cap.1.3.q.5.quia pars affectionis cauſa omnem ſuſpitionem tollit.l.non ſolum.§.1.de riptu.nuptiarum, quam notauit ibi Barto. & cæteri in cap.in literis, num. 3. de præſumptio. In criminalibus vero nõ ſunt admittendi, nec vllã fidem faciunt, text. in dict.cap.1. 3.quæſt.5.de quo Felin. in cap.cũ oportet de accuſatio. & in cap. literas,num.11.de pręſumptio. Nec in cauſa ciuili ardua, cum æquiparetur criminali.Bald. & Salicet. in l.parentes. C. de teſtibus. Nec obſtat,text.in cap.ſuper eo. 22. de teſtibus, nã ibi admittitur mater in cauſa matrimonij pro filia, quę quidem cauſa grauis eſt cap.fin. de trãſactio.cap.fin. de re iud. nam dicendum eſt,tunc admitti matrem quando non præſummitur curare lucrum filiæ, quæ ſuperior eſt, diuitijs, & nobilitate, & potentia viro, nam tunc à contrario ſenſu ceſſat ſuſpicio, & valorem in fa borem filiæ eius depoſitio. l. 16. titul.9.partit.4. Maſcard. de probatio.concluſione.533.Socin. conſil.17.num. 5. libr.1. Deciſio Genuenſis.130.num.5. l. 11. titul. 16. partit.3,

Deinde ſi ſit domeſticus qui viuat & alimentetur tempore depoſitionis de bonis partis producentis, & de domeſticitate conſtet ex eius dicto, nam tunc poterit iudex ex officio repellere, quod non fiet ſi aliter conſtet, niſi oppoſitae xceptione à parte, cap. in literis, de teſtibus. Bald. in. l. 2. C. eodem Bartol. in. l. qui teſtamento, nume.6. tamen ſi ſit cauſa quæ non potuit probari niſi, per domeſticos, l. conſenſu, C. de repudijs, cap.tertio loco de probatio. tunc enim legitimi ſunt teſtes, quia ea quæ domi geruntur communiter per alios probari non poſſunt, notat gloſſa, verbo, iura, tex.in dict. capit. tercio loco. Pro qua ſententia in duco, textum in capit. videtur, qui matrimonium accuſare poſſunt, vbi dicitur qui enim melius recipi poſſunt quam illi qui melius ſciũt, tradunt late relati à Menochio, de arbitrar. capitulo. 116. & Deciſio. Genuenſis. 31. numero. 19. quinimo prędicta teſtimonia non ſolum legalia ſunt, ſed etiam in cauſa alijs præferuntur. l. quoties C. de naufragiis, libro. 11. vbi notat Barto. Nam alias eſſet partes ad impoſſibile obligare, ſecundum Boerium, conſilio. 40. numero. 100. cum tamen facultas probationis non ſit eo anguſtanda. l. quoniam. C. de hæreti. capi. ſignificauit de teſtibus, vnde communiter traditum eſt quod quando actus eſt talis, in quo vero

ſimiliter à communiter accidenti-
bus, actu & habitu non ſolent alij
interuenire, admittuntur alias in
habiles, veluti in cap. veniens. 2. de
teſtibus & in dict. l. conſenſu & in
gloſſ. verbo, iuramento abſoluãt,
in fin. in cap. fin. de teſtibus cogen
dis. Quæ quidem doctrina proce
dit in hijs in quibus extraneorum
fidei actus nõ potuit cõmitti, nam
ſi extraneos adhibere potuit, &
id actus natura patiebatur & ta-
mẽ domeſticos adhibuit fraus præ
ſumitur, ſibiq; imputet, & iudex te
ſtes repellet, & adhoc ſumme nota
uit Maſcard. de probatio. cõſi. 533.
num. 19. declarans Aretin. conſi-
lium. 13. n. 17. vbi loquitur de hac
materia late.

Eſt tamen aduertẽdum ſi iſti te-
ſtes conſanguinei, vel domeſtici
ſint legales, probatæ vitæ, & opi-
nionis, & optimæ famæ, tũc enim
ſupradicta non procedunt, vt ex
multis tradit Bernard. Diez de Lu
go. regul. 746. Fallent. 7. & patet
in capitu. in literis, ibi, niſi proba-
tæ eſſet vitæ, de teſtibus. Legalitas
enim & probitas perſonę facit ceſ
ſare noſtram ſuſpicionem, cap.
niſi eſſent de præbend. l. non om-
nes. §. fin. de remilitar. l. ſed & re-
probari. §. amplius de excuſatio.
tutot. Et ideo ob legalitatem & pu
blicitatem recedi ſolet à regulis iu
ris communis, docet Felin. in cap.
ſuper hijs de accuſatio. nu. 16. & in
Rubrica de maiorita. & obedien-
cia, Iaſſo. in l. cum quid ſi certum
petatur.

In ſuper interrogatur teſtis ſi
accepit aliquod donum ob fe-
rendum teſtimonium, quia ea ra-
tione, vel familiaritatis poſſit re-
pelli à teſtimonio, vbi aduerten-
dum eſt ad tempus in quo teſtim o
nium dicet, ſecundum Paul. in l.
etiam. C. de teſtibus. Dec. in conſi.
163. num. 11. Deciſ. Genuenſis. 77.
num. 9. Et eſt receptiſsima opinio
ſecũdum Maſcard. d. concluſione
533. num. 11. & præſumptio ſub-
ordinationis non ex qualibet acce
ptione inducitur, ſed tãtum ex eo
quod ad id, vel propter id datur
cap. 1. de teſtibus. l. 3. in princ. §. le-
ge Iul. ff. eod. tit. c. abijt Iudas. 11. q.
3. c. nõ ſane. 15. q. 3. cum hijs quæ
tradit Menoch. caſu. 310. Cordu-
ba in ſumma de caſibus. q. 67. qđ
vero alio reſpectu datur non re-
pellit teſtẽ c. fi. teſtes. §. vẽturis 4. q.
3. c. ſtatutũ. §. proferẽdo, de reſcri
ptis in. 6. Cou. in regul. pæccatum.
2. part. §. 3. num. 2. l. 26. in fin. tit. 16.
part. 3. l. 16. tit. 11. lib. 2. Recop. D.
P. M. 46. per totam. Solet etiam te-
ſtis propter amicitiam repelli, nã
intelligendum eſt quando eſt ma-
xima & talis, quod propter amici
tiam vnius reſultet odium alterius
ſecũdum Bald. in l. ſi quis teſtibus.
C. de teſtibus Ferret conſ. 392. nu-
mer. 27.

Poſtquã autẽ iudex hęc omnia
11 diligenter euoluerit † ſtatim vnũ
quemque articulum magis ſubſtã-
tialem interrogatorij proſpiciet,
quid & qualiter deponant, & an
concludentem rationem ſuæ de-
poſitionis redant teſtes. l. ſolam.
l. 3. vbi gloſſ. verbo, ſola. C. hoc tit.
l. 26. verb. *caſi por ventura*, & ibi, *por-
que razon lo ſaue non deue valer*, tit. 16.
part. 3. & deponant de hijs quæ vi
derũt per corporalem ſenſum, an
decredulitate. Itẽ etiã an conteſtes
vel ſingulares ſint, vt hijs omnibus
inquiſitis perfecte intelligat, an ar
ticulus ille ſit vere ꝓbatus, nã quæ
libet

libet ſingularitas quę differt in ſubſtantia nocet teſtibus, docet Bald. conſi.228.nu.3.lib.1. ſequitur, Aymon.conſi.78.n.6. dicens tunc ſingularitatem differre in ſubſtantia, quando ex ea reſultarent plura & noua facta producentia plures & diuerſos effectus, ſecus autem erit quando tantum vnicus effectus, vt ſi ageretur de probanda diffamatione nam ex ea reſultat vnicus effectus, & tanto magis quis diſfamatur, quanto ſæpius verba diffamatoria fuerint reiterata, quod ad caſum deffenſus adducitur Riminald.conſi.7.nu.104.lib.1.Nam ſi de actu reiterabili deponãt ſatis eſt quod concordent in eundem rei finem, probat text.in.c. nil obſtat.7.de verborum ſignifi. meminit Aymon.de antiquitatibus.4.p. ver.ſed enim, nu.11.allegans Paulũ de Caſtro.conſi.113.libr.2.colu.2. Pro qua doctrina facit tex. in cap. cum dilectus de electione, & gloſ. verbo, ſimul, ibi ſi tamen aliquem actum continuum, & text.in cap. nihilominus.3.q.9.quam ſequitur Iacobus Butrica.in.l.fin.C. de teſtibus. Bald. & Salicet, in.l. teſtium. C. de teſtibus.Imol.in,l.ſi pater captus de vulgar. Additio ad capellam Toloſanam.q.310.litera.A.

Præterea ſi teſtes loquũtur, quaſi vno ore & ſermone, niſi actus geſtus per aliquam certam verborũ formam probatur de falſo ſuſpecti erunt teſtes.l.3.§.1. de teſtibus, nam ſi neceſſarium eſt deponere de forma actus non ſufficerent, ſi teſtes idem dicerent in ſubſtantia, niſi etiam omnes eadem verba formalia per eundem ſermonẽ deponerent, tenet Corneus conſi. 72.volum.2. Alexand. conſil.111. num.8.volum.3.& conſi.150.volum.4.num.2.Socinus Iunior, conſil. 29. num. 22. volum. 2. Et hæc ſuſpitio præmeditati ſermonis tũc habet præcipue locum, quando ſunt teſtes numero pauci, vbi autẽ ſunt plures ceſſat nec ſubornatio præſumitur docet Alex.conſil. 47.nu.1.vol.2.& conſi. 149. vol.5. & conſi.237.col.2.vol.6. Roland. à Valle, cõſi.72. nu.6. vol.2. Socin. vbi ſup.nu.19. Nec etiam quando ſunt bonę famę, & opinionis, docet Zaſsius, cõſi.2.nu.58. vol. 2. Bern. Diaz.reg.641. Fallent.5. Et quãbis teſtis non interrogatus de ratione ſcientiæ, non teneatur eam reddere, iuxta glo.verb.de cauſis in cap. cum cauſam.1.de teſtib.c. ſicut, de re iud. Sunt tamẽ caſus † in quibus,
12 etiã non interrogati teſtes tenẽtur reddere rationẽ, alias nõ valet depoſitio in negatiua, docet Bald. cõſi.73, vol.2.Bart.in.l.1. in illa ſtipulatio.6.n.6.de verborũ. Rip. & cõmuniter nouiores in.ca. quoniã cõtra, de probatio. Et vt ſit cõgrua ratio in hoc articulo debet dicere teſtis ſe fuiſſe præſentẽ, & actũ nõ potuiſſe fieri quin ipſe vidiſſet, ſecundũ Bart.in.l.1.§.hoc interdictũ ver.vlterius, de itinere actuq; pribato Dec.conſi.54.n.6. Aret. in.l. hæredes.n.3.de teſta. In ęſtimatione quoq; alicuius rei, vbi tenentur declarare valorẽ rei petitę, vel dãni accepti, docet Bal.in.l.ſi.in.ſi.C. de iure dominij impetrãdo. Boer. conſi.2.n.7.Bald.in.l.2.C. de reſc.
13 vẽd † Teſtimoniũ de auditu nil probat, iuxta text.cum gloſſ.in cap. in literis de teſtibus.c. tua. de conſanguinitate & affinita. capit. licet ex quadã, ver.propter brebẽ, de teſtibus.l.28.tit.19. part.3. Et quambis

ſit cum fama publica nil probat, ni
ſi in caſibus à iure expreſsis, ſecun
dũ Imol. in. d. c. licet ex quadã. In
factis tñ antiquis fidẽ facit teſtimo
niũ de auditu, docet gl. 1. in. l. ſi ar-
biter, de proba. quã dicit cõe Flo
rianus, ibi, n. 5. Dec. cõſ. 638. Alex.
conſi. 116. nu. 8. vol. 5. Mãtua, cõſi.
221. nu. 2. l. 29. titu. 16. p. 3. Et de hoc
articulo vide Boſium de cauſa cri-
minali, titu. de depoſitione contra
teſtes, nu. 42. Nec etiam auditur te
ſtis deponens per verbum credo.
cap. 3. loco de præſumptio. ibi, te-
ſtes dixerunt, Lanfrancus & om-
nes, in dict. cap. quoniam contra.

Verum teſtes tenẽtur cõcludere
in ſuis dictis, nam probatio dubia
vel nõ concludẽs non eſt probatio
l. nõ ob hoc. C. vnde cognati. l. ma
trẽ & ibi, Bal. & in. l. ad probat. C.
de probat. & interprætatur proba
tio cõtra probantẽ, tenet gl. verb.
dubiũ, in. d. c. in pręſentia de prob.
Iaſ. in. d. l. nõ ob hoc. De declaratio
ne in difinita teſtis, an æquipoleat
vninerſali in cauſa probationis, vi
de Cou. lib. 1. Var. c. 13. n. 9. verſ. 11.
Ex hijs, nam ſi dicat teſtis ſe vidiſſe
epiſcopũ epiſcopalia exercens in
aliquo loco, non probat conclu-
dẽter ipſum Epiſcopũ omnia iura
exercuiſſe, & ſi dicat omnes cano
nici conſenſerunt, nõ probat cõ-
cludẽter, cũ non cõſtat qui cõſenſe
rint propter incertitudinẽ. Quæ
exẽpla referunt Innoc. in. c. audi-
tis, de præſcri. & Iaſ. in. d. l. non ob
hoc. nu. 14. Tamen ſi teſtis ſe re
ferat ad interrogationẽ, tũc verba
in definita referuntur ad vniuerſa-
lia, docet Bal. in. l. ſi defenſor. §. ſi in
terroget, de interrogatorijs actio.
14 Solent autem † cõmuniter litigã
tes in fine interrogatorij petere ad
uerſarius reſpõdeat ſuis poſsitioni
bus, & tenetur tũc pars reſponde-
re cuilibet illarũ, ſimpliciter negã
do vel reſpondẽdo, clare & apertè
alias iudex comdẽnabit eum tan-
quã confeſſum. l. 1. & 2. tit. 7. lib. 4.
Recopil. Et declaratio qualificata
etiam non admittitur veluti ſi dica
tur veluti accepi numos, ſed reſti-
tui. l. 1. tit. 39. lib. 3. Ordin. Luſita-
niæ, ita Bart. in. l. 1. §. ſi quis ſimplici
ter. n. 3. de verbor. Boer. deciſ. 248.
n. 12. Si vero examinata actoris in
terrogatione iudici conſtiterit in-
tentionẽ ſuam non plene probaſſe
reum tenetur abſoluere, etiam ſi
nil probauerit, & ſic non inſpecta
eius probatione procedet iudex
ad rei abſolutionẽ nõ ſolũ ab inſtã
tia iudicij, ſed etiam diffinitiue po
nendo actori perpetuum ſilentiũ,
probat text. in authent. qui ſemel.
C. quomodo & quãdo iudex, Bar.
in. l. admonẽdi, n. 13. de iure iuran.
Cou. lib. Var. c. 1. n. 8. Si vero actor
plene probaberit tunc rei interro-
gatorium legendum eſt eo modo
quo ſupra in actoris interrogato-
rio diximus, & ſi articuli tales inue
niãtur. Quibus probatis exclude
ret actoris intentio, admitteretur
eius probatio. l. ad probationẽ. 21.
ibi, ſi quidem huiuſmodi licet pro
betur factum tamen intentioni nu
llum præbet adminiculum. C. de
probatio. c. per tuas de Symon. in
fine, verb. quoniã, gl. celebris, ver
bo. nihilominus, in. capi. cum con
tingat. 36. de officio delegat. cap.
dilecti de exceptio, alias minime
admittetur talis probatio Quod
ſi de facto fecerit iudex, talis pro-
batio non valebit. l. 8. tit. 11. lib. 3.
Ordin. Si autem actio excluditur
actoris, inueſtigabit iudex an te-
ſtes

ſtes ex diametro optinent teſtibus, tunc enim quos digniores, & maioris qualitatis inuenerit, eis maiorem adhibebit fidem licet ſint numero pautiores, cap. in noſtra de teſtibus, capit. ſi teſtes. §. 1. 4. queſtio. 3. l. 40. tit. 16. part. 3. niſi alij non ita digni veriſsimiliora deponant, nam tunc præferuntur dignioribus, tenet Abb. in cap. cum oporteat. nu. 5. de accuſſatio. Tirachel. in. l. ſi vnquam, nu. 43. C. de reuocand. donatio. l. ob carmen. §. fin. l. 3. §. 2. de teſtibus, cap. præterea eodem, c. licet cauſam de probatio. Abb. & Feli. & communiter omnes in cap. quia veriſimile, de præſumptio. Dec. conſi. 220. nu. 7. Quod totum arbitrio iudicis relinquendum, conſuluit Vlpian. in. l. 3 §. 1. ver. tu magis, de teſtibus, omnes in cap. in noſtra, nu. 2. eodem tit. & in. c. ex literis de probatio.

15 Hijs præmiſsis † ſi teſtes inter ſe diſcordent, iudex non ſtatim eos repellet ſed pro ſui ingenij capacitate curabit eos ad concordiam reducere, ſecundũ omnes, in. c. cũ tu de teſtibus, cum teſtes nõ ſint calũniandi, ſed iubandi, docet Bald. in Rub. de rerum diuiſsione col. fin. idẽ in. l. de quibꝰ. ff. de. ll. quẽ ſequitur, Alex. cõſ. 177. n. 9. vol. 7. Corneus cõſ. 21. vol. 2. Alcia. de preſumptio. reg. 3. præſumptio. 16. nu. 4. Ioan. And. in additio. ad ſpeculato. tit. de teſtibus. §. iam, de interrogatorijs, verſic. quod ſi vnus teſtis, num. 16. in litera. F. Cautus tamen iudex iterum ſuper ſua depoſitione eos examinabit, vt ſe declarent, Barto. in. l. 2. §. creditur, num. 10. ſi certum petatur, facit gloſſa. verbo, non habet in authent. de teſtibus. §. illud. col. 7. Si tamen manifeſta fuerit eorum diſcordia nõ concordabit eos, ſed eorum dicta ſequetur qui fide & dignitate alijs ante cœllunt. Teſtes autem qui deponunt in ſpetie de aliqua re præferendi ſunt deponentibus in genere, docet Innoc. in cap. auditis, num. 4. de præſcrip. Alexan. conſi. 88. colu. 2. volu. 5. Dec. conſi. 302. num. 18. Boer. deciſsio. 33. nu. 45. Immo duo teſtes deponẽtes in ſpetie plus valent quam mille deponentes in genere, docet Aluer. in. l. turpia, de leg. 1. & gloſſ. verbo, ſtipulatur in. l. ſtipulatio iſta. §. hęc quoque, de verborum, & quando duo ęqualiter poſſeſsionem probant, pronũtiandum eſt pro eo qui meliorem titulum oſtẽderit, vel cui magis aſsiſtit ius commune, docet, gloſſ. verbo, vti poſſidetis, in cap. licet cauſam, de probatio. Boer. deciſsio. 239. Si vero ęqualitas fuerit in teſtibus pro reo iudicabit, ex regula cum ſunt partium de regul. iur. in. 6. l. Arrianus, de actio. & obligat. l. fauorabiliores. ff. de regul. iur.

*SVMMARIVM.*

1 *Publicatio atteſtationum quid, & an ſit de ſubſtantia iuditij vel de ſolẽnitate, & quid de iure regio ſeruetur.*

2 *Ad eius validitatem neceſſaria eſt partiũ citatio niſi facta fuerit in principio, ad omnes actus ſequentes.*

3 *Quis Terminus aſsignetur ad hoc vt fiat atteſtationum publicatio, eaque facta probationibus niſi per inſtrumẽta præcluditur via, quæ vſque ad concluſionem in cauſa produci poterunt, & quare poſt non admittantur, & ſi aliqua quibus ſolemnitatibus recipiantur traditur ibi.*

4 *Minor vel mulier per viam reſtitutionis ad producendos teſtes admittuntur, etiã publicatis atteſtationibus, & quid in hoc de iure regio ſeruetur.*

5 *Publicationem teſtium etiam ſi pars legitimas cauſas ad eam impediendam alleget iudex facere non omittat.*

6 *Confeſsio partis poſt ateſtationum publicationem an etiam impediatur remiſsiue traditur.*

# Capitul. 6. De Publicatione atteſtartionum.

1 HIS præhabitis, iudex ad publicationem atteſtationũ procedat, quę qualiter fiat & quæ ſit elegãter docet Bald. in. l. geſta, nu. 7. de re iud. Bart. in. l. 1. §. ſufficit de bonorum poſſeſ. ſecundum tubulas, & in Authen. qui ſemel. nu. 17. C. de procurat. Imol. in. c. fraternitatis, nu. 12. de teſtibus, vbi Abb. n. 20. Quæ publicatio neceſſaria eſt ſaltim de iuſtitia quãbis nõ de eſentia eius, valebit tamen ſententia lata teſtium publicatione non facta, iudex tamen faciet eam ommittẽdo & poterit puniri in ſindicatu, gloſſ. in cap. fi. verb. iudicijs de hęret. in. 6. Innoc. in cap. cum. I. & A. de re iud. vbi Felin. col. 2. Bart. in. l. probatam. nu. 5. C. de ſententijs & interlocutio. Lopez in. l. 34. tit. 16. part. 3. verbo, *auiertos.* Quambis contrarium immo publicationem nõ ſolum de iuſtitia, verum etiam de forma ſubſtãtiali proceſſus eſſe & ſic ſententiam abſq; publicatione eſſe nullam voluit, gloſ. 5. verb. ſolitum in dict. l. prolatam communiter recepta, ibi, & hæc ſentẽtia verior eſt, limitatur tamen ſingulariter ſi pars petat publicationem fieri quã ſi denegat iudex & ad ſententiam diffinitiuam proſilierit eo enim caſu nulla erit ſententia, ex dict. gloſſ. verb. ſolitum ita docet Innoc. Abb. & alij ſententia citati Grego. Lopez in. l. 37. tit. 16. part. 3. gloſſ. 2. Hodie vero de iure regio crederem publicationem teſtium eſſe de forma ſubſtantiali iuditij, & ideo ſentẽtia lata ea non præmiſſa non ſubſiſtet, iuxta text. in. l. 1. §. *preſentandos.* titul. 4. de la orden iudicial, lib. 3. Ordina. ver. *y publicados ſus dichos.* Quæ verba ſic pondero pro iſta opinione, nam illa, verba, *publicados ſus dichos,* idem eſt quod latine publicatis atteſtationibus, & ſic ablatibus abſolutus qui reſoluitur in conditionẽ l. atteſtatore de cond. & demõſtratio conditio autem modum & formam inducit, ſine quo non, vt Dialectici dicere ſolent. l. qui hæredi plures. 43. l. membris. 55. de cond. & demonſtratio. forma vero non ſeruata corruit totus actus. l. 1. de verborum obligatio. l. diligenter. ff. mãdati. c. cũ dilecta de reſcrip. ergo ſequitur (eadem lege regia attenta) publicationem atteſtationũ eſſe neceſſariam pro forma ſubſtãtiali proceſſus, quod etiam probare videtur. l. 10 tit. 14. lib. 3. Ord. verb. *mandamos, &c.* quæ idem videtur diſponere etiã in cauſis ſummarijs, nec mirum cum publicatio hæc concernat partium defenſionem, fit enim ad effectum opponendi exceptiones contra dicta reſtium ex Bar. in Extrauag. ad reprimendum, verbo, figura iuditij, & ideo non eſt mirum ſi neceſſario debeat in iudicio interuenire, iuſta clementinam ſæpe. §. citationem, de verborum ſignificatione Clem. paſtoralis verb. cæterum de re iudica. niſi leges illas regias intelligamus ſecundum terminos & reſolutionẽ iuris cõmunis de quo ſententia quando à parte fuerit petita & à iudice

à iudice denegata & non alias.

2 Debet preterea iudex † circa hãc publicationẽ aduertere an partes fuerint legitime citatæ ad eã vidẽdã, vt ſentẽtia reſoluimus in prec. c. *de la ſentẽtia de prueua*, vbi ſi fuit facta citatio ad omnes actus ſequẽtes nõ eſt neceſſaria alia, vt ibi reſolutum relinquimus.

3 Hæc autem publicatio fiet † cũ termino ſex dierum, vt in. l. 1. titu. 8. lib. 4. nouæ Recop. eaque facta partes non admittentur ad aliquid probandum ex negotio principali, Clement. 2. de teſtibus dict. authentica qui ſemel. C. de probatio. cap. cum veniſſet de inſtutio. l. 4. tit. 11. lib. 3. Ordinam. l. 34. & 36. cum alijs, titu. 16. p. 3. niſi fiat probatio per inſtrumenta quæ vſq; ad concluſsionẽ in cauſa poterũt produci, vt in. c. cũ dilectus, de fide inſtrumen. cauſa antequam ſit in ea concluſum nam poſt quam concluſum eſt cenſetur lata ſententia & nõ eſt locus defenſioni. l. ſi rem, 29. §. quolibet tempore de euictio. late Bart. nu. 3. Iaſſo. 51. in. l. ad monẽdi de iure iurãd. Marãt. in pract. 6. part. actu. 15. Perez. in. l. 6. tit. 11. lib. 3. Ordi. gloſſ. verb, *pleyto concluſo*, Coua. in pract. c. 20. nu. 8. Azeuedo in. l. 2. ti. 5. lib. 4. Reco. & probat. l. 34. tit. 16. p. 3. niſi ſint in ſtrumenta de nouo reperta docet Bart. in. d. l. admonendi, num. 8. quem ſequitur Iaſſ. ibi. num. 8. Rip. 35. Abb. 3. quia tunc non nocet concluſsio cum non extendatur ad incogitata. l. mater decedens de in officioſo. c. clericus de iure iurãd.

4 Verũ † ſi ſit minor, vel mulier etiam poſt publicationem factam poterunt teſtes de nouo producere per viam reſtitutionis ſecundũ Horoſtium in dict. l. vbi exigitur 8. num. 2. de ædendo. Iure tamen regio intra quindecim dies à die publicationis poterit minor in prima inſtantia hoc facere. l. 3. tit. 8. lib. 4. nouæ Recop. in. 2. vero inſtãtia hoc non licet, vt in. l. 20. tit. 4. lib. 2. Ordina. quæ lex hodie renouata & declarata eſt per text. in. l. 51. tit. 9. libro. 4. recop. vbi eadem forma ſeruatur in ſecunda inſtantia circa minoris reſtitutionem & in actu publicationis.

5 Quæ quidem teſtium publicatio legitime facta † poſt lapſos terminos probatorios præcludit viã productioni teſtium, vt quambis pars aduerſa contra dicat ne fiat & alleget cauſas legitimas ad eam impediendam nilominus fiet publicatio, docet elegãter Grego. Lopez in dict. l. 34. titu. 16. part. 3. gloſſ. 2.

6 De Cõfeſsione partis † an poſsit recipi poſt publicatione vide. D. P. M. 10. per totam vbi pulchre diſputatur pro vtra que parte de exceptionibus & repulſis contra dicta teſtium propoſitis.

*SVMMARIVM.*

1 *IN admittendis repulſis multum operatur iudicis arbitrium.*

2 *In criminibus exceptuatis repulſi ceſant cum alias in habiles admittantur niſi inimicitia, vel odio proſequantur aliquem ex litigantibus.*

3 *Blaſphemia crimen etiam inter exceptuata anunciatur ſecundum Marantam & alios.*

4 *In habiles quambis in ſupradictis criminibus admittantur tamen non ſunt integri teſtes ſed ratione in habilitatis aliquantulum debilitatur eorum fides, nec ex dicto vnius in habilis iudex procedet ad torturam.*

5 *Alimentorum cauſa tanquam nimis fauorabilis non admitit repulſas.*

6 *Quando cauſa eſt ita ardua & difficilis*

*probationis vt per alios niſi per in habiles probari nō poſit nō nocent oppoſitæ repulſæ.*

7 *Cauſæ arduæ & deſficiles probationes quæ dicantur, arbitrio iudicis relinquitur qui conſiderabit an alij teſtes interuenire potuerunt, vel non, adhoc vt exceptiones admittantur contra teſtes.*

8 *Deſignatur locus & ſedes vbi præcipue tractetur iſta repulſarum materia, & intra quos dies debeant proponi & probari.*

9 *Elapſo termino ſupradicto non ad mittuntur tales exceptiones nec ad earum propoſſitionem minor, vel eccleſia reſtituitur cum ſint odioſæ.*

10 *Si vero intra terminum deſignatum fuerint oppoſitæ, iudex inquiret an debeāt admitti admituntur illæ quæ diminuūt teſtium fidem, generales tamen non admittuntur & quomodo ſe habere debeat iudex in eis, late diſputatur.*

## Cap. 7. De exceptionibus & repulſis contra dicta teſtium propoſitis, hoc eſt, *Las tachas*.

VISO actu publicationis
ſtatim iudex aduertet
1 † an in ſuis allegationibus partes exceptiones, vel repulſas contradicta teſtium oppoſuerint. In quo caſu con
2 ſiderare debet † an cauſa talis ſit quę illas admittat quod iudicis arbitrio relinquitur. leg. 1. tit. 8. lib. 4. Recop. quia, in exceptuatis cauſis hoc eſt in crimine hæreſis ſimonię vel, læſæ mageſtatis etiam in habiles admittuntur, niſi inimicitia laborent. c. in fidei faborem de hæret. in. 6. c. per tuas el mag. c. licet. c. tanta de ſimo. docet Bart. per tex. in. l. famoſi ad legem Iuliam. mag. gloſa. in. l. 3. & in. l. lex Iulia, de teſtibus Alex. conſilio. 11. numero 2. volumine. 1 Hyppol. conſilio. 1. n.
3 27. vol. 1. Pari ratione † in crimine
blaſphemiæ contra Deum, docet Maranta In ſpeculo. 6. part. c. de repulſa teſtium numero. 18. Thomas
4 Gramati. conſilio. 15. num. 12. † & quambis in habiles in his criminibus admittantur, non tamen ſunt integri teſtes, ſed aliquantulum debilitatur eorum fides vt in dict. cap. per tuas & ex dict. coſilio. 11. Alex. ſupra. vnde Barto. & omnes in. l. admonendi. n. 36. de iure iurando, docet in hijs criminibus ex dicto vnius in habilis teſtis, non ſubijcit reum ad torturam cum nō ſit integra eius fides.

Deinde † ſi cauſa ſumaria ſit velu
5 ti alimentorum & ſimilum non intereſt an opponātur repulſæ, de quibus in illis cauſis non curatur docet Abb. & communis, in. c. veniens. 2. de teſtibus Aflictis deciſ
6 ſione. 351. & † ſi cauſa ſit ita ardua & deſſicilis probationis quæ non poſit probari niſi per iſtos teſtes in habiles ne probationis genus coartetur. l. quoniam. C. de hæretic. repulſa eis non nocet, docet gloſa verbo iurati in. cap. tertio loco de probatio. & . ibi. Anto. & Imol. nu. 7. per tex. in. c. fin. de teſtibus cogend. & ita practicari docet Iaſſ. in repetitione. l. 1. numero. 9. C. de ſumma trinitate & in caſus exemplo ab Abbate adducto in. c. de cætero. num. 3. de teſtibus, ibi Aretin. num. 5. felin. 4. Alex. conſilio. 64. volumine. 1. num. 5. & ſic intelligitur text. in. capite. fin. de teſtibus cogend. vbi ad probandas coniurationes admittuntur ſocij contra ſocios eo quod coniuratio ſecrete ſit & non pōt per alios quam per ſocios probari. c. ſi quis papa. 76. deciſſione, cum alias ſocius criminis non admittatur in teſtē. ca. veniens. 1. de teſtibus. l. fin. C. de accu

ſatio, l. 1. §. Diuus Antoninus de quæſtio. l. 21. tit. 16. part. 3.

Quæ omnia iudex, conſiderabit ex natura facti, delicti, vel negotij. Et quando ex actu & eius potentia & circunſtantijs colligitur in eo potuiſſe interuenire alios idoneos teſtes, tunc non admittũtur inhabiles & merito proponũtur contra eos repulſæ, quãbis per alios veritas probari non poſsit, quia aliàs partes ſemper dicerent ſe alias probationes non habere, vt aduertit elegãter Hyppol. ſingulari. 73. idem cõſil. 22. volu. 1. Dec. conſil. 63. nu. 6. & conſi. 363. Alex. conſi. 152. num. 11. volum. 5. Boer. conſi. 40. num. 100.

De quibus repulſis & exceptionibus vide gl. celebres, in cap. præſentium. 31. de teſtibus. gloſ. verb. iuramento. verſ. quidam dicunt, & in. c. paſtoralis. 4. verb. nullatenus, de exceptio. docet Bal. in. l. ſi quis. 14. nu. 3. C. de teſtibus. Quæ omnes repulſæ debent proponi intra ſex dies à die publicationis, & probari intra octo dies. l. 1. titu. 4. lib. 4. Ordin. regal. & Luſitaniæ. l. 1. titu. 46. lib. 3. Ordinatio. Mõtaluus in gl. 1. l. 16. ti. 8. lib. 2. Fori. † Et eo
9 termino ſex dierum finito repulſę ſi proponantur non admittuntur licet ſit minor vel eccleſia qui litiget, quia ſunt odioſæ ſecũdum Rubeũ in repetitione. ca. per veſtras. §. 26. n. 13. Boer. deciſ. 245. n. 7. gl. in Clem. non poteſt. verb. grauiora, de procurato. Idque in noſtro regno deciſum extat in. l. 1. titu. 8. lib. 4. Recop. ver. fin. ibi, *E que no ſe de reſtitució, ni para las poner, ni para las probar en la primera ni ſegunda inſtãcia*, & in regno Luſitaniæ probat. d. l. 1. tit. 49. lib. 3. Ordinatio.

Si autem fuerint iſtæ exceptiones propoſitæ in termino competenti debet aduertere iudex an illę ſint cõcludentes ad excludendam fidem teſtium, vel ad aliquem titulum minuendum, vt ſic intelligat quãta fides ſit teſtibus adhibenda, & ſciat repulſas generales non debere admitti, vt in. l. 2. titu. 8. lib. 4. Recop. cap. præſentuim. §. teſtes de teſtibus, in. 6. & in dict. l. 1. Ordinam. §. *preſentados.*

10 Et cautus ſit iudex † quod ſi bene reperierit probatas repulſas contra teſtes parum curet de generali legalitate & bonitate quæ vulgo dicitur, *abono de teſtigos*, quam in faborem ſuorum teſtium pars allegat & probat, quia licet in dubio quilibet ex iuris præſumptione bonus præſumatur, cap. vnico de Scrutinio in ordine faciendo. l. merito. ff. pro Socio. reg. ſtote miſericordes de reg. iur. in Decretal. tamen quando contrarium fuerit expreſſe probatum: tunc illi probationi ſtandum eſt, niſi bonitas & legalitas teſtium ita inſpetie cõcludẽter probetur, quod omnino directe excluderet dictam repulſam coartando videlicet negatiuam loco & tempore, iuxta gloſſ. & ibi notata in cap. bonæ. 1. de ele. cap. quoniam contra deprobatio. cap. ex tenore de teſtibus. l. optimam. C. de contrahend. & comittenda ſtipul. vel niſi probet teſtem illum cui obijcitur crimen eſſe de illo emendatum iuxta gloſſ. & communem in cap. teſtimonium, de teſtibns.

*SVMMARIVM.*

1 *Qvid ſit vltima allegatio partium quæ vulgo dicitur*, Allegacion de

1 de bien probado, *& interpretatur .l. 4.tit.16.lib.2.Recop.*

2 *In fine dictæ allegationis proponitur iudicis recuſatio, & quid tunc facere debeat, ſiue eccleſiaſticus, ſiue ſecularis ſit, late traditur.*

## Capit.8. De vltimis partiũ allegationibus, hoc eſt, *Eſcriptos de bien probado.*

1 Poſt hęc † iudex videbit partium allegationes vltimas quas vulgo decimos ſcriptos, *de bien probado*, heæ autem allegationes ideo dantur, vt in eis vtriuſque partis aduocatus reaſumat totum proceſſum, & certum faciat iudicem, partem ſuam plene probaſſe, aduertendo ea quæ in eius fauorem in proceſſu faciunt vt ex prag.42. cap.18. quæ hodie eſt.l.4.tit.16. lib.2. recop. ibi. *Y concluſo entonçes cada vna de las partes ò abogados ò procuradores, por palabra ò por eſcrito ante de la ſentencia, informen al juez de ſu derecho allegando leyes y decretos. &c.* Ad quas iudex attendat ne in aduertẽter aliquos principales actus prętereat, non tamen fidem adhibere debet allegationibus, niſi quatenus improceſu vel in iure ꝓbatæ apparuerint vt in.cap. indicas.3. queſtione.9.
2 Vltra hęc † in fine harũ allegationum ſolent proponi recuſationes contra iudices, & ſi recuſatum ſe iudicem eccleſiaſticum inuenerit, videat an cauſa recuſationis iuſta fuerit, vel non, & probata appareat talis coram arbitris iuris adhoc electis, vt in cap. cum ſpeciali.61.cap.de appellatio.c.2. requiris.41.§.fin.eodem.cap.legitima.2.eodem in.6.ca. ſuſpitionis 39. imprincipio de officio & poteſtate iudicis deleg.ca.ab arbitris.11.eodem in.6. notat gloſa, & omnes in.cap.ſiquis contra clericum de foro comp. & ſi cauſam recuſationis iuſtam eſſe arbitri pronuntiauerint, iudex in toto remanet recuſatus, & nullo modo procedit in cauſa etiam cum alio coadiutore vt ind.c.cum ſpeciali 61.& in d.c.ſiquis cõtra, & hoc ſeruatur de iure canonico.

De iure autem ciuili nec ſunt neceſarij arbitri nec iuſtificare cauſas recuſationis, ſed ſufficit partes iurare ſe malitioſè eas non proponere, docet gloſa verbo recuſare.l.appertiſsime.C.de iudicijs.l. quia poterat ver.nec illud, ad Trebelianum Abb.nu.11.indicto.c. ſiquis contra clericũ Cou.impract. cap.26.nu. 1.l.9. &.10.tit.7.lib.1. fori.l.191.ſtyli.Circa quod iuramentum vide.l.22.tit.4. part.3. vbi Grego.verbo, *ſe le mandare la jura*, & iſte iudex ſecularis ſic recuſatus non remouetur in totum, ſed datur ſibi coniunctos, hoc eſt *acompañado*, alias vir probidus loci ſecundum Bald. & Paul.& Iaſſo. in authentica ſi vero contingat.C. de iud. quæ praxis legibus regijs expreſis deciditur per dicta.l.22. partitę, &.l.1.tit.5.lib.3.ordinam. & expreſe. in.l. prima.tit.16.lib. 4.recop.

### *SVMMARIVM.*

1 *Quando dicatur concluſum, eſſe in cauſa.*

2 *An inuitis partibus (decurſis terminis legalibus & iuditialibus) poſit iudex pronuntiare concluſum eſſe in cauſa.*

3 *An omiſio iſtius concluſionis viciet proceſſum, & quid de conſuetudine ſeruetur, inter-*

*interpretaturque.l.1.§.*el qual termino,*tit.4.lib.3.ordinam.*

4 *Ad iſtam concluſionem partes ſunt citandæ, niſi antea ad omnes actus fuerit facta citatio, dieſque locus & hora, debent partibus prefigi ad comparendum, alias comparere poterunt quando commode voluerint.*

5 *Si contra abſentem feratur ſententia, trina citatione cæſareo præcedere debet vt valeat ipſa ſententia.*

6 *Quando cauſa tractatur per procuratorem ita vt dominus nunquam comparuerit, procurator & non dominus, ad ſententiam eſt conueniendus, alias nulla erit.*

# Cap.8. De actu concluſion is ad ſententiam diffinitibam.

VLTIMVM quod iudex inſpicere debet † eſt a-
1 ctus concluſionis ad definitibam ſententiam per quam concluſionem cauſæ partes renuntiant, omnibus allegationibus & probationibus, & fatentur ſe nolle iam amplius quid probare, docet gloſa verbo concluſerint, in authen. de teſtibus.§. qui vero multi col.7. tex.expreſſus in. capite. cum dilectus iuncta ſua gloſa verbo concluſum, de fide inſtrum.vbi.D.D. & declarãt Iaſſo.in repetitione.l. admonendi num.51.de iure iurando.Maranta inſpeculo advocator.6.parte, actu 15.& poſt quam partes ita concluſerint, vel renuntiauerint, iudex proferet actum interlocutorium, in quo pronuntiat cauſam eſſe cõcluſam, & ita communiter imprаxi receptũ eſt. Quinimo ſi omnes dilationes & termini tam legales
2 quã iudiciales eſſent lapſi, † poterit tunc iudex pronuntiare concluſum eſſe in cauſa (etiã inuitis partibus) ſecundum gloſam in Clementina ſæpe verbo concluſio, de verb.ſignif. Et quambis hæc con-
3 cluſio cauſæ † de conſuetudine nũquam ommitti ſolebat in omnibus iuditijs, ſi tamen ommittatur non propterea vitiatur ſententia & proceſſus, quia non eſt de eius eſſentia & ſubſtantia, ſecundum Card.in dicta.Clementina ſæpe.§. quia.queſtione.19.num.20.Marã. vbi ſupra pag.50.niſi forte a parte ex aliqua iuſta cauſa fuerit ab eius denegatione appellatum iuxta ea quæ ſuprà diximus in.7.cap.& ſic declaranda eſt.l.1.§.*el qual termino*,tit.4.lib.3.ordinam.ibi *ẽ deſpues de la concluſion*, quatenus videtur neceſſario requirere concluſionem in proceſu, ad quam citantur partes capite conſuluit deofficio & poteſta.iud.deleg.l.impereẽptorio cum alijs, de iud.l.5.&.11.tit.22.
4 part.3.niſi a principio † citati generaliter ad omnia acta cauſæ, ſecundum Bart.in extra vag. ad reprimendũ verbo ſupradicto. Abb. In.capite finali de dilatio, Gregori.vbi ſupra gloſa.2.quo in caſu taliter citatus abſque aſignatione diei & horæ tenetur comparere cum primum commode potuerit c.eos deſententia excommunicationis,in.6.dicit communem Abb. in.capite.cum parati col.2.de appellatio.

5 Si contra abſentem † ſit ferenda ſetentia trina citatio præcedere debet docet gloſa verbo terminum ind. c.cõſuluit.l.contumacia de reiud.l.tres denuntiationes.C. quomodo & quando iudex.c.de illicita.24.queſtione.3.Feli.ind.c. con-

conſuluitiponit octo limitationes.

6 Inſuper † ſi cauſa fuit agitata per procuratorem, ita vt dominus nunquam fuerit in iudicio, procurator & non dominus citandus eſt ad ſententiam, alias erit nulla, ſecundum Bart. per text. ibi in. l. 1. C. de ſententijs & interlocutio. num. 4. & .5. & in. l. furioſi num. 9. de re. iud. Boe. deciſione .285. num. 9. Quibus conſideratis cognoſcet iudex an pro contumaci, vel pro preſenti debeat ferri ſententiam.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſtanti animo ſolum Deum præocculis habendo ad ſententiam diffinitiuam ferendam debet accedere iudex, & dubijs omnibus diligenter partibus propoſitis à cauſæ aduocatis ſolutionẽ requiratur vt ſine ſcrupulo ſententiam proferat.*

2 *ſententia debet eſſe conformis libello, quia vltra petitum in eo non extenditur iudicis poteſtas.*

3 *Sententia vero vtrũ in perſona Domini, vel procuratoris feratur nil intereſt.*

4 *Forma ſententiæ concipi debet per verbũ cõdemno, vel abſoluo, niſi ſit cauſa appellationis vbi iuſta, vel iniuſta lata ſententia pronuntiatur,*

5 *Iudex rectus, & qui ſtateram iuſtitiæ nullibi deuiantem, ſed rectam tenet, nõ minus meretur quam frater Franciſcanus, vel ordinis prædicatorum.*

## Capit. 10. De forma ſententiæ diffinitiuæ ferendæ,

HIS omnibus ſupradictis ad vnguẽ ſeruatis,
1 † & cognita veritate iuris, ſuper dubijs quæ ex proceſſu apparuerint audaſter accedat iudex ad ſententiam proferendam, animo conſtanti, ſeruata forma à Iur. con. Caliſtrato in. l. obſeruandum. 19. ff. de officio præſidis & in. lege. 8. tit. 4. part. 3. & in pſalmo. 2. ibi. reges eos in virga ferrea, quæ forma paſsim à iudicibus traditur obliuioni, ſecundum Abulenſem celebrem collegam noſtrum, qui propter eius profundam ſcientiarum ſupellectilem eſt dictus ſtupor mundi, in. d. Pſalmo. 2. cap. 1. Denique inferendis ſententijs, omnibus pro nihilo ſtimatis tãtum Deum optimum & maximum, cui rationẽ reddere tenetur, præoculis ſemper habeat. c. 1. de iudi tijs in. 6. ſciturus quod ea dẽ mẽſura & trutina metietur qua alios metitus fuerit. l. rem non nouam. C. de iud. & faciunt ea quæ Hypp. aducit in pract. §. fin. aduocatis etiam partium proponat omnia dubia quæ ſibi ſeſe obtulerint contra iuſtitiam litigantium, vt ex eorũ reſponſione melius eius animus infirmetur, quia arguendo, & argumentando veritas explendeſcit, argumento text. in. l. munerũ 18. §. mixta. ibi vt Heremnius Modeſtinus, & notando & diſputando bene & optima ratione decreuit. ff. de muneribus & honor. vnde poterit ſine ſcrupulo ſententiam proferre, quod ſe feciſſe affirmat Grego. Lopez, in. l. 13. tit. 4. p. 3. gloſ. fin. verbo, *por palabras*, idque rationi conſonum eſt nam veritas ſępe ſępius exagitata magis eluceſcet, & iniquitas magis condemnatur. c. graue. 35. queſtio. 9. & gloſa ibi verbo quia veritas, † & ſic con-
2 cluſione libelli conſiderata actione propoſita & eius remedio cognito, & illud quod circa illud diſponitur diligenter diſcuſo ſententiam conformem libello proferat c. licet Heli. de ſimon. quia vltra pe-

petitum & in iudicium deductum poteſtas iudicis non extenditur l. vt fundus. ff. comuni diuid. Iaſſo. in.l.1.col.3. de ædendo idem in§. curare. num.28. Inſtitut. de actio. Socin. regul. 35. Grego. Lopez in verbo, *que no pertenece a la demanda*, ,in.l.16.tit.22.part.3.

3 Sententia vero vtrũ formetur † in perſonam domini, vel procuratoris non curatur nec doctrinã l.1.C. de ſententijs, & inter locutio.& gloſ. verbo Economi. in.ca. quærelam.24.de electione & gloſ. verbo monaſterium in c.ſuſcitata 6.de in integrum reſtitutio. quam ſequitur Bart.in.l. ſtipulatio iſta.§. fin.de verbo. nec eam doctrinam in praxi ſeruari vnquam ſe vidiſſe teſtatur, Grego. Lopez in.l.fin.tit. 5.part.3.gloſa.1.Et tam de iure canonico, quam ciuili poterit ſententia proferri, ſiue in perſonam domini, ſiue procuratoris. Et ita ſeruari de conſuetudine teſtatur gloſ indict.l.1.verbo non fuit vnquam in fin.

4 Cæterum † ſententia proferenda eſt per verbum abſoluo aut cõdemno, alias erit nulla.l.in hoc iudicio.27.familiæ hercíſcund.l.præſes.3.C.de ſententijs, & interlocutio.l.5.tit.22.part.3.l.2.tit.13.lib. 2.fori, quo fit vt iudex appellatus quambis non vtatur verbo condemno, ſufficit tamen ſi dicat primam ſententiam iuſtam, vel iniuſtam eſſe, docet gloſ.indicta lege præſes & indicto. capite.1.de re iud.in.6.gloſ.in.l.eos.C.de appellatio.vbi Bart hanc dicit communem, Alex.in.l.in ſumma num.6. de re iud.

5 Quibus omnibus recte peractis † non minus iudex meretur quam frater Franciſcanus, & ordinis prędicatorum docet Hoſtiens.in principio ſumæ col. 4. Aluericus, & Iaſſ.in.l.2.de iuſtitia & iure & in.l. 3.tit.4.part.3.& .l.23.tit.22.part. 3.Hos enim noſtros deuotos labores libẽteroblatos maiores futuros benignino animo accipite & quod Virgilius in Eglogis Egloga.3.

*Nunc te marmoreum pro tempore fecimus at tu*
*Si fætura gregem ſupleuerit aureus ſto.*

# Breue compendio de todo lo dicho.

LO primero ſe ha de ver el poder del actor, y del reo, y ſi ſon baſtantes, verſeha luego la demanda del actor, y la reſpueſta del reo ver ſi conteſta, conteſando, ò negando ſimplemente, conforme a la ley Real. Y deſpues ſe vera el replicato del actor cõtra la reſpueſtra del reo, y por el cõſiguiẽte el cõtrareplicato del reo q̃ pone cõtra el replicato del actor ver luego la interlocutoria, por la qual el juez reciuio las partes a prueba, y ver quanto termino probatorio dio el juez, y ſi fue deſpues prouocado para que ſe entienda ſi ſe hizieron las probanças en tiempo, y ver ſi fuerõ citados para ver preſentar, y jurar los teſtigos. Deſpues deſto



[BIBLI]OTECA ... DE ZARAGOZA

ſe ueran los juramentos de los teſtigos, y ſi fueron citadas las partes. Haſe de ver luego el interrogatorio del act or, y ver todo lo que deponen los teſtigos a las preguntas ſubſtanciales del negocio, examinado cada teſtigo por ſi, y ver los teſtigos que ay en numero que depongan de viſta y de cierta ciencia, ver las raçones de como lo ſauen ſi ſon concluyentes, y deſta manera vera muy en breue la ſubſtancia de lo que prueba el actor, y con que teſtigos, y ſi ſon parientes criados cercanos, y ver lo que declaran a las preguntas generales, para que deſta manera ſe entienda el credito que ſe les ha de dar, ver la edad de los teſtigos, ſi la cauſa es de hecho antiguo. Haſe de ver el interrogatorio del reo de la manera que ſe ha hecho en el del actor, y ver ſi los Articulos ſon tales que prouados excluyan la intencion del actor, quando las probanças del actor, y del Reo ſon derechamente contrarias, ver qual prueua con mas téſtigos, y qual les pareſce mas fidedigos, y quales ſon raçones mas heuidentes de ſus teſtimonios, y quales dichos ſon mas allegados a la verdad. Ver luego ſi hubo tachas y probanças ſobre ellas, y verlas ſi ſon concluyentes para excluyr de todo el teſtigo, o ſolamente para diſminuyr el credito que ſe le ha de dar, y ſi prueua congrua mente las tachas no ſe ha de hazer mucho caſo de los abonos, aunque ſe prueben, ſaluo ſi fueſſen tales q̃ derechamẽte excluyeſſen la tacha. Haſe de ver mas el acto de la publicacion de teſtigos, y ſi fueron citadas las partes, para verla hazer. Verſe han luego los eſcriptos de vien probado porque a las vezes los abogados preſumen en ellos, todo el proceſſo y auiſan al juez, pero no ſe ha de fiar de ellos, ſino en quanto lo viere probado por el proceſſo. Verſe ha la concluſion para diffinitiua y ſi huuo citacion de las partes para oyr ſentencia. Verſe ha la ſentencia ſi ſe dio en preſençia de las partes, o de ſus procuradores, o en ſu auſencia. Ver ſi fue acuſada la rebeldia de la citacion, en el termino, o ſi quedo el termino circunducto, y ſi el proçeſſo ſe hizo en auſencia de algunas de las partes, ver ſi fue çitada en forma para los autos por los terminos ya dichos, que las leyes Reales mandan, y ſi fue ſeñalado el auditorio para notificarle los autos, y ſi para eſte ſeñalamiento, fue çitada la parte. Y vera anſi miſmo ſi todos los autos fueron notificados en el auditorio, y ſi ſe acuſaron las reueldias, en tiẽpo. A ſe de ver ſi el juez fue recuſado y ſi fue la recuſacion jurada, y ſi fue acõpañado, conforme a la ley Real, o ſi es en audiencia ſeglar

o ſi

o ſi es juez eccleſiaſtico, ver ſi la parte que recuſo probo las cauſas de ſoſpecha ante los arbitros, y en la forma que el derecho manda, y ſi ſe pidio reſtitucion in integrum, por alguna parte ſiendo perſona à quien de derecho le competa, y ſi fue jurado y ſi ſe imploro para ello el officio noble, del juez, y ſi ſe probo leſion ò cauſa neceſſaria para la reſtitucion, y ſi la parte a quien ſe concedio hizo el autho dentro del termino que le fue aſsignado, quãdo ſe le cõcedio. Veaſe la ſentencia diffinitiua ſi es conforme à la demanda, ſi abſuelue ò condemna en parte ò en todo, ſi le notifico à la parte ò ha ſu procurador, quando fue dada en auſencia, ſi la parte appelo dentro de los cinco dias en lo ſeglar, y en lo eccleſiaſtico dentro de diez, y ſi pidio los apoſtolos en tiempo y en forma, con las circunſtancias que el derecho mãda para entender la action y remedio que de ella reſulta, para que viſto el remedio, y en todo conocida la naturaleza del y lo que el derecho a cerca de ello diſpone, y lo q̃ eſta probado en el proceſſo, ſe vea juſtamente lo que ſe puede ſentenciar.

Exod. c. 18. prouide de omni pleue viros ſapientes & timentes Deum, in quibus ſit veritas & oderint auaritiam, qui iudicent populum omni tempore.

# F I N I S

Excudebat Petrus Laſſus.
Anno, 1600.

EXCMA. DIPUTACIÓN PROVINCIAL DE ZARAGOZA - ARCHIVO - BIBLIOTECA

…um laterũ noſtrorũ oppoſitus, & cor-
…rũ pollicemur. 44 Sed vt, vnde eſt or
…in eodẽ terminetur oratio mea: maxi-
…as tibi omnes gratias agimus C. Cæſar,
…iores etiam habemus: nam omnes idẽ
…tiunt, quod ex omnium precibus & la
…mis ſentire potuiſti: ſed quia nõ eſt a-
…tibus omnibus neceſſe dicere, à me cer
dici volunt: cui neceſſe eſt quodammo
& quòd volũt & quòd M. Marcello à
… ordini populoquè R. & Reipub.
…ſcipue id à me fieri debere intel-
…i oẽs, non vt de vnius ſolum
… omnium ſalute, ſentio.
… bẽeuolentiæ eſt, quæ
… ſemp nota fuit, vt

44. Reperit in hac peroratione quod ſupra dixerat đ cauſis abrupti ſilẽtij,

tuam eſſe …
quam enim temeritas 11 cũ ſapientia cõ
miſcetur, nec ad conſilium caſus admitti-
tur. Domuſti gentes 12 immanitate bar-
baras, multitudine inuenerabiles, locis in-
finitas, omni copiarũ genere abundãtes:
ſed tamen ea viciſti, quæ & naturã, & cõ-
dicionem, vt vinci poſſent, habebant: 13
nulla eſt enim tanta vis, tanta copia, quæ
non ferro ac viribus debilitari frangique
poſsit 14 verum animum vincere, iracũ-
diam cohibere, victoriam temperare, ad-
uerſariũ nobilitate, ingenio, virtute præ-
ſtantem non modo extollere iacentẽ, ſed
etiam amplificare eius priſtinam dignita-
tem, hæc qui facit, non ego eũ cum ſum-
mis viris comparo, ſed ſimillimum deo iu
dico. Itaque C. Cæſar bellicæ tuæ laudes

… mediam rebus bellicis antepõnẽda eſſe. & vti tur loco cõi …
12. Pulchre in hac tranſlatio ne … ablatiuis pro epitetis v… utur.
13. Hæc ſentẽtia politica epiphonematis loco ab oratore adhibeatur.
14. Argumẽtũ à difficili ſic habet. Si laudabilia ſũt quæ ſũt difficilia … erit …

1027314
4067

Monter Deciſione

4067
F.A. 256